

DE TRIBVS ET VNICA MAGDALE-  
na Disceptatio secunda: ad Reuerendum in  
CHRISTO Patrem D. DIONYSIVM  
Briconetum Episcopum Maclouien-  
sem apud LEONEM X Pon-  
tificem Max. Christia-  
nissimi Francorum  
Regis FRAN-  
CISCI I  
orato-  
re.

Τὴν ἐτεάργε λύσιν χαλεποῖο προβλήματος εἴρω.

PARISIIS  
Ex officina Henrici Stephani  
1519

CVM PRIVILEGIO

AD REVERENDVM IN CHRISTO  
Patrem D. Dionysium Briconetum Episcopū  
Maclouïsem, apud Sanctiss. LEONEM Pōtissi  
cem maximū, Christianissimi Franco-  
rum regis oratorem: de tribus &  
vnica Magdalena Iacobi  
Fabri Stapulensis  
Disceptatio se-  
cunda.



Mnūm mihi benevolentiam  
demererī posse putauī sacerdī-  
me Præsul, si Mariam Mar-  
thæ sororem, charam C H R I-  
S T I hospitam, à nota illa quā  
falso ei inustam ex Euange-  
lio suspicabar vindicarem, si benedictam An-  
nam quæ nobis reginā cœli peperit, contra ob-  
trectatores suos defendenderem (quāq̄ id mihi ab-  
unde magna merces erat: si pietas mecum esset.  
• quæ iuxta Apostoli dīctū: ad omnia vtilis est, 1. Timo.  
• promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futu-  
ræ, de qua item rursum dicit Apostolus. Est au-  
tem quæstus magnus, pietas) quorundā tamē,  
quod summopere doleo, tātam inde mihi con-  
flauī malevolentia, vt iam multi cōtra me mo-  
liti sint apologias, nō ratione Magdalena mo-  
do, verum etiā, sicuti perstrepit rumor, Annæ.  
a.ij.



## DE MAG.

& tales quidem, quæ potius inuectiæ dicitur de  
beant, q[uod] apologiæ indignæ enim sunt, quæ vi-  
ris Philosophicis, nedum probis Christianis ad-  
scribatur, ita ut facile quispiam credat, eos om-  
nia pro libidine & perturbatione animi dicere  
& scribere, non studio & affectu veritatis ostendæ.  
vt pote qui maledictis illos aspergat, qui  
nunquam eos vlla re lacesterunt, sed e diverso semper  
studuerunt, quibuscumque possent rationibus, iuuare.  
Vnde sibi non paru[m] dedecoris apud literatos  
homines aggignut. Veru[m] ego CHRISTI doctri-  
na instructus, decreui me nulli unquam maledicta  
pro maledictis retaliatur: etiam si in pulpitis, &  
instructis ad concionandu[m] suggestis, vulgus in  
odiu[m] nostri adducere satagat, vt nos odisse incia-  
piant ceteri homines ante quod nosse, ne cognitos  
aut recipere possint, aut danare non possint, q[uod]  
facer ait Cyprianus. Quin potius et hos et illos  
optarim vel maxime, Leonis primi sanctissimi  
pariter & doctissimi, cuius idea LEO X hoc no-  
stro tempore Pontifex Maximus prefert, huius se-  
teti esse memores, qua sic filios Ecclesiæ instru-  
it. Serui autem DEI & discipuli veritatis: etiam dis-  
similes diligunt, & bellum virtutis potius quam homini-  
bus indicunt, nulli malum promalo reddentes, sed  
correctionem peccantium semper optantes. pulchrum  
enim valde est, & diuinæ benevolentiae comparan-  
dum: sui quemque in altero meminisse, & amare pro-

Leo primus

## DISCIP. II

3  
priam etiam in hoste naturam. Hæc est sancta illa  
Leonis primi doctrina: quam & scire omnes &  
se qui vehementer cupiant. Sentio equidem et sen-  
si: Mariam Marthæ sororem, non fuisse illam  
publicam in civitate Peccatrice, cuius rei verita-  
tem indagare disceptando citra ullum penitus  
conscientium, probrum, contumeliam ue[n]t: nihil es-  
se periculi duco. Neque eos seu doctores, seu scri-  
ptores qui secus aut senserunt aut sentiunt, aut  
etiam verba faciunt ad populum qui tantæ dif-  
quisitionis incapax est, contemno: si Euagelia  
eis prefero, quæ tanto ceteris scripturis presta-  
biliora sunt, quanto verba DEI & spiritus, ver-  
ba hominum & quæ ab humano sensu profici-  
scuntur, antecedunt. Neque me illud deterret: q[uod]  
q[uod] difficillime recipiantur quæ inusitata sunt, &  
praesertim quæ contra vulgi opinionem edisserun-  
tur, quâdoquidem iuxta sacrum eloquium, om-  
nium fortissima est veritas. que cum vincit: quæ  
inde pendet victoria, & felix est, & ipsos quoque  
victos felices reddit. Vincat ergo veritas pro-  
vtralibet parte stet: & pax CHRISTI exultet in  
cordibus nostris, quam omnibus imprecor &  
cum omnibus hac mea secunda Disceptione  
de Magdalena retinere volo. Cum antiquis: re-  
linquendo eis tres. Cum recentioribus qui vni-  
cam volunt: unicam eis tribuendo Mariam Ma-  
gdalenam. Cum vulgo: donando ei Peccatrice

a.ijj.

rum more efficiā : propositionibus aliquot pos-  
sitīs, quas sola Euangeliorū luce, adiuuāte rati-  
ocinādi lege, notificare conabor, nullis verborū  
fucis aut īnuolucris , sed nuda & aperta oratio-  
ne vtendo, ne me copia dīcēdī, phalerato ve ser-  
mone, aut deniq̄ disertæ potentia linguae quis-  
piam putet quicquam à candido lectore extor-  
quere velle. q̄q; huiusmodi artificium, breuissi-  
mus sit veritatis tradēdæ modus. Sit igitur, au-  
spice DEO, hæc earum quas in præsentia mon-  
strare aggredimur, propositionum, caput.

**PRIMA PROPOSITIO.** María Magda-  
lena & alia mulieres: mane venerūt ad monu-  
mentum cum adhuc tenebrę essent. **¶ De Ma-**  
**ria Magdalena,** cōstat ex Ioanne, dicente. Vna  
autem sabbati: María Magdalene venit mane  
cum adhuc tenebræ essent ad monumentū. Sed  
& alias mulieres venisse ad monumentum cum  
adhuc tenebrę esset: ex Luca dignoscitur, cū in-  
ducit peregrinos dīcētes . Sed & mulieres quæ-  
dam ex nostris terruerunt nos: quæ ante lucem  
fuerunt ad monumentum. manifesta igitur est  
propositio. Sed forte dices apud Lucam non  
haberī ante lucem: sed ὥρᾳ, id est matutinæ.  
sic enim habetur Græce . ἀλλὰ καὶ γυναικεσ-  
τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐξεισθαρ ἡμᾶς, γενόμεναι ὥρῃ  
ἐπὶ τῷ μνημεῖον . Fateor sic Græce haberī: sed  
id ὥρῃ, id est matutinæ, seu, vt ita dixerim, di-  
a. iiiij.

**D E M A G .**

esse Mariā Magdalenam. Item & sororē Mar-  
thæ: Mariam esse Magdalenam. Cum Defen-  
sore disceptationis: annuēdo q̄ recte duas esse  
Magdalenas disceptando defensarīt. In hac si-  
quidem secunda Disceptatione, veteribus tri-  
buam: tres fuīsse mulieres. Recentioribus qui  
vnīcam esse Magdalenam contendunt: vnīcam  
esse Mariam Magdalenam Euāgelicam. Vul-  
go: Peccatricem, Mariā esse Magdalenam vul-  
garīam. Item & sororē Marthæ: Mariam Ma-  
gdalenam vulgarīam. Defensori Disceptatio-  
nis: q̄ cum aduersariūs vnīcam esse nulla ra-  
tione valida ostenderit, haud perperam duas  
esse Marias Magdalenas Euāgelicas, et si reue-  
ra vnīca sit, disceptatorie defenderit. Cæterum  
vt ijs quoq̄ faciam satīs qui me eiusmodi perti-  
nacię accusarunt, quæ adamātis duricīem supē-  
rare videretur: opposita nōnullorū quæ in pri-  
ma Disceptatione tutatus sum, disceptabo. Nā  
in prima cū Ambrosio hanc ingressus symma-  
chian: duas esse Magdalenas Euāgelicas dif-  
putauī, hic autē: nō duas, sed vnīcam esse differā.  
vt intelligant, ne hic quidem me quicq̄ temere  
determinare velle: sed disceptare duntaxat. &  
sic quidem disceptare: vt non ex alio fonte q̄ ex  
Euāglico rationes nostræ deriuentur. Q̄ si  
quippiam aliud intersetur: ex illo nolo præ-  
cipuum duci argumentum. Atq̄ id dialectico-

20

Lucas

24

*Maryam magdalena venit ad sepulchrum*

## D E M A G .

luculares, perinde valet ac si dicas, diluculo. vt  
 • ad hunc modum tota particula vertatur. Sed &  
 • mulieres quædā ex nostris terruerunt nos: quæ  
 • diluculo fuerunt ad monumētum, quod ῥαρα-  
 φρασικῶσ· sic verti potest: quæ ante lucem fue-  
 runt ad monumentum, nam reuera diluculum,  
 lucē id est diem, præuenit. quare hæc paraphra-  
 sis, ante lucem pro ὄρθρῳ, ferenda est, estq; hoc  
 idem quod Ioannes dixit, cum adhuc tenebræ  
 essent. Nihil igitur refert ῥαραφρασικῶσ· an-  
 telucem dicatur, an ex Græco ad verbum ma-  
 tutinæ dilucularesue aut diluculo, cum eadem  
 seruetur intelligētia. sermo tamen Latīnus, ma-  
 gis assuetus est vt dicatur, fuerunt ante lucem,  
 fuerunt diluculo: q; fuerunt matutinæ, aut di-  
 luculares.

2 SEC V N D A . María Magdalena quæ mane  
 inuisit monumentū; illinc comitata venit ad di-  
 scipulos. ¶ Hæc: manifesta est ex eodē loco Lu-  
 cę, vbi subiungit de ijs mulieribus quę ante lucē  
 fuerunt ad monumentū, q; nō inuento corpore  
 eius venerūt dícetes, se etiā visionē angelorū vi-  
 disse, qui dícūt eū víuere. Sed & quę fuerint hæ  
 mulieres, & ad quos venerint: pauloāte expref-  
 serat, dicens. Erat autem María Magdalene  
 & Ioāna & María Iacobi, & cæteræ quæ cum  
 eis erant: quæ dicebāt ad Apostolos hæc. Cer-  
 tum est igitur: Mariam Magdalenam quæ ma-

Lucas  
24

## DIS CEP. II

ne venit ad monumentum, etiam ex precedente  
 cum adhuc tenebræ essent, illinc comitatam  
 venisse ad discipulos, quod intēdit propositio.  
 3 T E R T I A . María Magdalena quæ mane fuit  
 ad monumentū: fuit etiam mane apud monu-  
 mentum comitata. ¶ Mane eam fuisse ad mo-  
 numentum, & cum adhuc tenebræ essent, non  
 nullas item alias mulieres: prima propositio  
 declarat. & secunda monstrat eam venisse ad di-  
 scipulos comitatam, ergo illas ad monumentū  
 comites habebat: quas & habuit ad annuncian-  
 dum discipulis quod viderāt, socias. hæ autem  
 fuerunt ex Luca: Ioanna, & María Iacobi, &  
 nonnullæ aliae. nota est igitur propositio.  
 4 Q V A R T A . María Magdalena & socię eius,  
 mane visitantes monumentum, viderunt ange-  
 los & audierunt: & id nunciarunt discipulis.  
 ¶ Id ex Luca conspicuum est, sic dicente. Vna Lucas  
 autem sabbati, valde diluculo venerunt ad mo-  
 numentum, portantes quæ parauerant aroma-  
 ta, & inuenerunt lapidem reuolutum a monu-  
 mento: & ingressæ non inuenerunt corpus Do-  
 mini I H E S V . Et factū est dum mente conser-  
 natæ essent de isto: ecce duo viri steterunt secus  
 illas in veste fulgenti. Cum timerent autem &  
 declinarent vultum in terram: dixerūt ad illas,  
 Quid quæritis víuētem cum mortuis? Non est  
 hic; sed surrexit. Recordamini qualiter loquu-

24

## D E M A G .

tus est vobis cum adhuc in Galilea esset: dices,  
quia oportet filium hominis tradiri in manus ho-  
mínium peccatorum et crucifigí, & die tertia re-  
surgere? Et recordatae sunt verborū eius, & re-  
gressae à monumento: nunciauerunt hæc omnia  
illis undecim & cæteris omnibus. Erat autem  
Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iaco-  
bi, & cætere quæ cum eis erant, quæ dicebant ad  
Apostolos hæc. Ex qua etiā litera per cōsequē-  
tiā lecta: apertius dilucet Mariam Magdale-  
nam alijs matronis ad monumentum fuisse co-  
mitatam. quod & præcedens proposuerat. Et  
paulopost sequitur. Sed & mulieres quædā ex  
nostris terruerunt nos: quæ ante lucem fuerunt  
ad monumentum. & non inuenient corpore eius  
venerunt, dicentes se etiam visionem angelorū  
vidisse qui dicunt eum vivere. Igītū proposi-  
tio clara est.

Q V I N T A . María Magdalena quæ mane  
venit ad monumentum, nunciauit discipulis se  
visionem angelorum vidisse, & quæ cum socijs  
audiueraut: sed non ea solum. ¶ Qz nunciauerit  
cum comitibus se visionem angelorum vidisse,  
& quæ ab eis audijt: ex præcedente propositiō-  
ne manifestum iam est. Quod autem non ea so-  
lum: sic dilucidū fiet. Nam ipsa, ex Ioanne etiā  
nunciauit Domínū de monumento sublatū.  
Cucurrit ergo (inquit) & venit ad Simónē Pe-

## D I S C E P . II

trum, & ad aliū discipulum quē amabat I H E  
S VS: & dicit illis. Tulerunt Domínū de mo-  
numento: & nescimus ubi posuerūt eum. Qui-  
bus verbis, suas quoq; comités illius sententiaz  
fuisse indicat, cum ait. Et nescimus ubi posue-  
runt eum. Adhæc, cum dicit Lucas, Et abies-  
ruit quidam ex nostris ad monumentum et ita  
inuenerūt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero  
non inuenerūt, quod dicit. Ita inuenerunt sicut  
mulieres dixerunt: non de visione angelorum  
intelligitur vt notum est, sed de corpore Domi-  
ni non reperto in monumento, vnde illæ suspi-  
cabantur sublatū. Id quod Lucas continuo sub-  
iungit, seipsum aperiens, dicendo: Ipsum vero  
non inuenerūt, perspicua igitur est propositio.

6 S E X T A . Mulieribus ex hac monumenti ma-  
tutina visitatione ad discipulos, vt visionē ange-  
lorum & quod mente conceperant nunciarent,  
venientibus: non occurrit I H E S V S in via.  
¶ Nam si occurrisset eis in via, cum ex secunda  
propositiōne & sequentibus María Magdale-  
na in earum societate fuisset, nō primo ei appa-  
ruisset Dominus: cuius oppositum asserit Mar-  
cus, dicens. Surgens autē I H E S V S mane pri-  
ma sabbati: apparuit primo María Magdale-  
na de qua elecerat septem dæmonia. nequaquā  
igitur tunc illis occurrit in via.

7 S E P T I M A . Idem est cursus Petri, apud Lu-

Ioannes

20

cā & Ioannē. Quo fit: vt neq; Petrus bīs ex Eu  
angelio cucurrerit, neq; itē incomitatus. ¶ Nā  
ex quīnta, María Magdalena ex visitatione mo  
numenti dum adhuc tenebræ essent, nunciauit  
Domīnum de monumēto sublatum, sed ex Io-  
anne: tunc Petrus cucurrīt eo comítante. Vna  
autem sabbati ( inquit) María Magdalene ve-  
nit mane cum adhuc tenebrae essent ad monu-  
mētum: & vīdit lapidem sublatum a monumē-  
to. Cucurrīt ergo & venit ad Sīmonem Petrū,  
& ad alīum dīscipulū quem amabat IHESVS :  
& dīxit illis. Tulerūt Domīnū de monumēto:  
& nescimus vbi posuerūt eū. Exīst ergo Petrus  
et ille aliis dīscipulus, & venerūt ad monumen-  
tū. currebat autem duo simul: & ille aliis dīscí-  
pulus p̄cucurrīt cītius Petro, & venit prīmus  
ad monumentū. Itē sociae eius per eandē quīn-  
tam & quartam, tunc nunciauerunt quē viderāt  
& audierant ab angelis, quo factō: ex Luca, sur-  
rexit Petrus & cucurrīt. Petrus autem ( aīt ) sur-  
gens cucurrīt ad monumentum: & procumbēs.  
vīdit līteamīna sola posita, & abiīt secum mī-  
rans quod factum fuerat. Et quanq; Lucas hīc  
non tribuat Petro sociūm: paulo tamē infra in-  
nuit eum habuisse sociūm, cum inquit. Et abie-  
runt quīdam ex nostrīs ad monumētum: & ita  
inuenerunt sicut mulieres dīixerunt. Atqui ex  
Euāgelio nō cognoscitur q; alias cucurrerit Pe-

Lucas

24

trus ad monumentum, est igitur nota proposi-  
tio: & ex propositionis manifestatione, corol-  
larīum.

s OCTAVIA. María Magdalena quæ mane co-  
mītata fuerat apud monumētū: rursus post Pe-  
tri cursum vīsitauit monumentum, vīdītq; ange-  
los, & Domīnum in horto, quod & nunciauit  
dīscipulīs. ¶ Mane comītātā fuisse apud monu-  
mentum: tertīa manifestauit. At post Petri cur-  
sum eandem īterum vīsitaſſe monumentum &  
quæ sequuntur: īſiñuat Ioannes, cum aīt.  
Abierunt ergo īterum dīscipulī ad ſemetípſos. Ioannes  
Maria autē: stabat ad monumentū, foris plo-  
rans. Dum ergo fleret: inclīnauit ſe, & proſpe-  
xīt in monumentum. Et vīdit duos angelos in  
albīs: ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pe-  
des, vbi p̄ſitū fuerat corpus IHESV. Dīcūt  
ei illi. Mulier quīd ploras? Dīcīt eis. Quīa tu-  
lerunt Domīnum meum: & nescio vbi posue-  
runt eum. Hāc cū dīxīſſet: conuersa est retror-  
sum, & vīdit IHESVM stantem, & nō ſciebat  
quīa IHESV ſt. Dīcīt ei IHESV. Mulier  
quīd ploras? quē quārīſ? Illa exiſtīmans quīa  
hortolanus eſſet: dīcīt ei. Domīne, ſi tu ſuſtuli-  
ſi eum, dīcīto mīhi vbi poſuīſi eum: & ego eū  
tollam. Dīcīt ei IHESV. María. Conuersa-  
illa, dīcīt ei. Raboni: quod dīcītur magiſter.  
Dīcīt ei IHESV. Nolī me tangere. Non dū

## D E M A G .

• enim ascendí ad patrem meum. Vade autem  
• ad fratres meos: & díc eis. Ascendo ad patrem  
• meum & patrem vestrum: D E V M meum &  
• D E V M vestrum. Et hanc Maríam, eis María  
• Magdalena, índicat contínuo, cum in-  
• quít. Venit María Magdalene annuncians di-  
• scípulís, quia vídi Domínū: & hæc dixit mihi.

**9 N O N A .** María Magdalena quæ mane comi-  
tata fuerat apud monumentū & comítata vene-  
rat ad díscipulos, & quæ Domínū vídit in hor-  
to: erat María Magdalena quæ Domínū se-  
quebatur à Galiléa. ¶ María Magdalena  
mane comitatā fuisse apud monumētum, notū  
est ex tertia, item illinc comitatam venisse ad dí-  
scipulos: ex secunda, necnon Domínū vídissé  
in horto: ex p̄cedēte. Eandē vero esse quæ Do-  
mínū sequebatur à Galiléa: Marcus, adiuuāte  
• Luca, índicat, dícēs. Surgens autē IHESVS ma-  
• ne prima sabbati: apparuit primo María Ma-  
• gdalenæ de qua eiecerat septē demonia. Hæc  
autē de qua Dominus eiecerat septē dæmonia:  
ea est quæ Domínū sequebatur à Galiléa, dícē  
• te Luca. Et Mulieres aliquæ quæ erant curatæ  
• à spiritibus malignis & infirmitatibus, María  
• quæ vocatur Magdalene de qua septem dæ-  
monia exierant, & Ioāna vxor Chuzae procu-  
ratoris Herodis, & Susanna, & alię multę: que  
ministrabant ei de facultatibus suis. Itē & Mar-

Ioannes  
20

Marcus  
16

Lucas  
8

## DIS CEP. II

8

• co. Erant autem & mulieres de longe aspicien-  
tes inter quas erat María Magdalene, & Ma-  
ría Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome:  
& cum esset in Galiléa, sequebatur eum, & mi-  
nistrabant ei, constat igitur propositio tota.

**10 D E C I M A .** Hæc María Magdalena: bīs visi-  
tauit monumentum, bīs vídit angelos, bīs nun-  
ciavit díscipulís. ¶ Nā semel ex prima propo-  
sitione, mane visitauit. & iterū, ex octaua: post  
Petri cursum. Et mane ex quarta: semel vídit  
angelos, & iterum, ex octaua: etiam post Petri  
cursum. Et ex quinta, semel nūciavit Domínū  
de monumento sublatum: & ex quarta, visionē  
& allocutionem angelorū, & iterum etiam nū-  
ciavit ex octaua: postea q̄ Petrus & Ioannes se  
à cursu receperant. Bīs igitur hæc María Ma-  
gdalena: visitauit monumentum, bīs vídit an-  
gelos, bīs nūciavit díscipulís.

**11 V N D E C I M A .** Quāuis María Magdalena  
& sociæ eius iam vídissent & audissent angelos  
dicentes Domínū viuere, cum mane profe-  
cta sunt ad díscipulos: nō tamen angelico nū-  
cio crediderunt. Vnde fit: vt tunc quoq; nesci-  
rent Domínū resurrexisse. ¶ Q; viderint ange-  
los & eos audierint: quarta ostendit. sed q; non  
crediderint angelis: sic cognoscitur. Nā si Ma-  
ría Magdalena credidisset & eius pariter sociæ  
non dixisset, Tulerunt Domínū demonumen-

Marcus  
15

Ioannes  
20

## DE MAG.

- to: & nescimus ubi posuerūt eum. Præterea ex sexta: Dominus nōdum illis occurrerat. quare non poterant scire Dominum resurrexisse: nisi fide, credentes angelico nuncio. Cui cum non crediderint: nescierunt resurrexisse Dominum.
- Quod & Lucas confirmat. Et ita (inquit) inuenierunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenierunt, tanq; illæ dixissent: non inuenimus Dominum, sustulerunt eum.
- D V O D E C I M A.** Cum Maria Magdalena secundo vidit angelos; nondū sciebat, neq; credebat Dominū resurrexisse. ¶ Nam per decimam: secundo accessit ad monumentum, scilicet postq; Petrus & Ioannes à monumento abiabant ad semetipsos. quo tempore, per eandē: secundū dvidit angelos. Qz si tunc sciisset aut credidisset Dominum resurrexisse: angelis interrogatis, Mulier quid ploras? non respondisset quod scriptum est apud Ioannē. Quia tulerunt Dominum meum: & nescio ubi posuerunt eū.
- T E R T I A D E C I M A.** Cum scribitur apud Ioannem, Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit & credidit: verisimilius est eum credidisse Dominum sublatum de monumento ut nunciauerat mulier, q; Dominum à mortuis surrexisse. Vnde, hic videtur Augustini sententia, q; Chrysostomi, potior. ¶ Nam de Maria Magdalena

Lucas  
24Ioannes  
20Ioannes  
20

## DISCEP. II

- cui primo apparuit Dominus: ait Marcus. Illa Marcus vadens, nuntiauit ijs qui cū eo fuerant, lugenti- bus & fluentibus, & illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea: non crediderunt. At si Apostoli Dominū resurrexisse credidissent: non luxissent & fleuissent, sed potius leto & alacri fuisse animo. Et q; Maria stabat ad monumentum foris plorans: incredulitatis erat signum. Sed & illud ipse etiam Lucas satīs innuit: cum proculdubio per septimam de Petro & Ioanne loquens, ait. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenierunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerūt. Per quod expositio super quintam: ostendit eos credidisse Dominum sublatum. Præterea si primo mulierum nuntio credidissent, dicentium se angelos vidiisse & audiuisse: multo magis secundo nuntio Mariæ Magdalenæ credere debuissent. At Marcus ait. Et illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea: non crediderunt. Adde insuper, q; neq; Ioannes tunc tam solers fuisse credendus est: vt ex detractione lnteaminum, & diligentí complicatione eorundem, potuerit intellexisse Dominum resurrexisse, & non potius fuisse sublatum. turbati enim tunc erant & Petri & Ioannis sensus, & mens eorum ligata. Corollarium: ex propositionis ostensione notum est, nam sententia Augustini est, Io-

b.j.

9  
16Lucas  
24Marcus  
16

## DE MAG.

annem credidisse corpus Domini sublatum. Chrysostomi, Ioannem credidisse Dominum resurrexisse.

<sup>14</sup> Q V A R T A D E C I M A . Verisimilius est, Mariam Magdalenam cum Dominum vidit in horto, non tetigisse eum: q̄ tetigisse. ¶ Nam ex Joanne Dominus prohibuit eam ne se tangere: dicens. Noli me tangere. Atqui verisimile non est, q̄ Dominus a resurrectione illi apparens, id dixerit non serio: sed q̄ sic ipse volebat, et si sic volebat: q̄ non aliter permisit. Adeo præterea: q̄ ipsa discipula erat, solita verbis eius audire. Nequaquam ergo contra iusfa ipsius fecisset vetantis pariter & in noua immortalitatis gloria resurgentis: tametsi se prostrauerit, sicuti verisimile est, ut pedes eius beatos tangeret. Verisimilium est igitur, eam non tetigisse Dominum: q̄ tetigisse.

<sup>15</sup> Q V I N T A D E C I M A . Aliæ mulieres: bis profectæ sunt ad monumentum. bis aspectum passæ sunt angelicum. bis angelicum receperunt nuntium. ¶ Nam ex prima mane cum Maria Magdalena cum adhuc tenebrae essent, fuerunt ad monumentum: & tunc habuerunt visionem angelorum & nuntium perferendum per quartam. quod cum perferrent ad discipulos: nondum per sextam viderunt Dominum. Sed & ex Matthæo aliud mandatum angelicum perfe-

Ioannes  
20

## DISCEP. II

10

rendi nuntij habuerunt: quod cum irent renuntiatur, occurrit eis IHESVS, & tenuerunt pedes eius. Respondens autem (inquit) angelus, Matthæus 28 dixit mulieribus. Nolite timere vos, scio eni<sup>m</sup> q̄ IHESVM qui crucifixus est, queritis. Non est hic surrexit enim: sicut dixit. Venite & videte locum: ubi positus erat Dominus. & cito eûtes dicite discipulis eius: quia surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæa, ibi eū videbitis: ecce predixi vobis. Et exierunt cito de monumeto cù timore & gaudio magno: currētes nūciare discipulis eius. Et ecce IHESVS occurrit illis: dices. Auete. Ille autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, et adorauerunt eum. Tūc ait illis IHESVS. Nolite timere. Ite, nūciate fratribus meis ut eāt in Galilæa: ibi me videbūt. Hæc autem perferēdi nūtij angelica iussio, prima illa esse non potuit, iā enim illud per quartā nūtiauerant: & per sextā Dominus nōdum eis occurrerat. Fuit igitur hic accessus, alius à primo, & hæc angelica visio, alia à prima, & hæc iussio, à prima iussione alia. Ceterū ipsas nūtiasse discipulis quod & angelus et Dominus iusserat, nulli dubium esse debet: et si hec secunda mulierum nuntiatio, ab Euangelistis scripta non sit, sed sola perferēdi nuntij tum ab angelo tum à Domino iussio.

<sup>16</sup> S E X T A D E C I M A . Prima sanctorum mulierum monumeti visitatio & secunda: differunt. b.ii.

## D E M A G .

**C**Ex quarta siquidem & probatione eius, in prima monumenti visitatione viderunt duos angelos: in secunda autem de uno angelo solum fit mentio; vt iam apud Matthaeum in praecedenti propositione visum est. Cui Marcus astipulatur, dicens. Et introeutes in monumentum, viderunt iuuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstuپerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. IHESVM quæritis Nazarenum crucifixum. surrexit; nō est hic. ecce locus ubi posuerunt eum. In prima visitatione, solum territæ leguntur. Et factum est, inquit Lucas, dum mente consternatae essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram: dixerunt ad illas. Quid quæritis viuentem cū mortuis? Nō est hic, sed surrexit. In secunda vero, non solū territæ, sed etiā gaudetæ. Et exierūt, ait Mattheus, cito de monumento cū timore et gaudio magno: currentes nuntiare discipulis eius. In prima visitatione: minime videtur per undecimā angelico nuntio credulæ. In secunda autem, videntur, nā gaudiū magnum, credulitatis est argumentū: vt cōtra, fletus, luctus, mōror, & tristitia, incredulitatis. In prima visitatione: erant per tertiam in comitatu & societate Mariæ Magdalene. In secunda vero: nō erant. nā sī tunc cum ea fuissent: ipsæ quoq;

Marcus  
16Lucas  
24Mattheus  
28

## D I S C E P . II

II

vidiſſent vna cū illa Domini in horto. Quin immo cum venerunt hac secunda visitatione, ex Marco orto iam sole: Dominum iam Mariæ Magdalenæ apparuisse in horto, & ipsam iam abiisse vt id discipulis nunciaret, existimandum est, qua vero ratione: postea fiet manifestum.

**S E P T I M A D E C I M A .** In secunda monumenti visitatione, aliud recepit nunciandū María Magdalena, aliud mulieres. **C**Nā María Magdalena, ex Ioāne recepit hoc discipulis nūciandum, Ascēdo ad patrem meum & patrem vestrū, DEVM meū & DEVM vestrū. Sed mulieres res ex Matthæo receperunt nunciādum, **Q**uia surrexit, & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Et similiter ex Marco: & id qui dem mandante angelo, Rursusq; ex Matthæo,

sed mandante DEO in via. Ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæā, ibi me videbunt. Recepérūt igitur hæ & illa: diuersa nūcianda.

**D V O D E V I C E S I M A .** Verisimilius est: Mariam Magdalenam non affuisse cum mulieres tenuerūt pedes Domini, q; affuisse. **C**Nam aut præcesserat eas in secunda visitatione: & tunc viso Domino, cīta & leta iam abiuerat nūciatum discipulis cum mulieres aduenerūt, aut vnit postea quam aliae recesserant: & tunc tanto temporis facto interuallo, quo ad monumentū plorauit, angelos vidit, Dominum allocuta est,

b.ijj.

16

20

28

16

28

28

Matthæus  
28

## DE MAG.

non potuit ita eas assequi quae timentes & gaudentes currebat, ut in articulo occursus Domini, vna cum eis sacros pedes ipsius teneret. Simil enim cum eis non venit, non enim primo ipsi apparuisset Dominus: alioquin id comites eius non latuisset. Ceterum cum tunc simul apud sepulchrum ipsa & mulieres non adfuerint: verisimilius est eam in secunda monumenti visitatione precessisse illas, quod insequitam fuisse. Nam illae: praeuenire non potuerunt Petrum & Ioannem currentes ad monumentum ex Ioanne protinus audito nuntio Mariæ Magdalena, qua cum per secundam erat mulieres. Atqui ex Ioanne absuntibus Petro & Ioanne: remansit Maria Magdalena apud monumentum, ut quae simul venerat, aut paulo post ibidem eos fuerat affecuta, sic enim inquit. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipos. Maria autem stabat ad monumentum, foris plorans. Omnino igitur verisimilius est: ipsam in secunda visitatione monumenti, mulieres praeuenisse, quod contra.

V N D E V I C E S I M A. Hæc Maria Magdalena, non est Maria Marthæ soror. ¶ Nam ex Marco, ea est de qua Dominus elecerat septem daemonia, atque hæc Maria Magdalena: sequuta erat dominum à Galilæa, dicens te Matthæo. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quae sequutæ erant I H E S U M à Galilæa.

Ioannæ  
20

Marcus  
16

Matthæus  
27

## DISCEP. II

Iæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Et Marco. Erant autem mulieres de lôge aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Joseph mater, & Salome. & cum esset in Galilæa: sequebatur eum & ministrabat ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. At certum est: Mariam Marthæ sororē non fuisse sequutā dominū à Galilæa ministrando ei, nec cum eo à Galilæa ascendiisse Hierosolymam cum passurus pro mundi vita illuc ascendit. Nā ex undecimo Ioannis: ipsa & soror eius Martha, erant domi. Necnon ex Iudea miserunt ad dominū, qui nūciarēt infirmitatē fratrīs earū. Ea igitur Maria Magdalena: non erat soror Marthæ. Quod si quid etiā aliunde ad Euagelij fidē roborandā, accire liceat: illud Martyrologicū, cuius initium est, VIII Cal. Januarij. In Bethleem Iude, nativitas saluatoris Domini nostri Ihesu Christi secundū carnē, anno Cesaris Augusti XLII, olympiade centesima nonagesima tertia, ab Urbe autē cōdita DCCLI, sextā enim mūdi etatem: suo piissimo consecravit aduentu, illud inq. Martyrologicū, subinnuere videtur aliā esse Magdalenā, & Mariā sororē Marthæ, cum hæc habeat in diuersis locis, & pro diuersis mensiū diebus. XIII Cal. Februarij. Hierosolimis.

12

15

DE MAG.

• Iymis, Marthę & Marię sororū Lazari. Et de-  
• inde, XI Cal. Augusti. Natalis sanctæ Mariæ  
• Magdalenæ de qua, vt Euāgelium refert, septē  
• dæmonia eiecerat Dominus. Quæ etiā inter alia  
• dona insignia, CHRISTVM à mortuis resurgen-  
• tem prima videre méruit. Quę ex vetustissimis,  
dubium esse non debet, desumpta esse martyro-  
logicis. cū & illud Martyrologicū vnde hæc ci-  
tata sunt, vetustū sit, & eo sane quo nunc vtun-  
tur Ecclesiæ, vetustius. Ad approbationem  
quoq; illius: ea faciūt quæ adducta sunt ad nu-  
merum primæ Disceptationis 10, & Defensio-  
nis eius 12, 23, 25, 29.

<sup>20</sup> VICE SIMA. Vnica est Maria Magdalena Euangelica. ¶ Appello Mariam Magdalenā Euangelicam; quam Euangelium expresse no- minat Mariā Magdalenā. Nam ea quā Mat- thæus cap. 27 & 28 Mariam Magdalenam ap- pellat, & Marcus cap. 15 & 16. & Lucas cap. 8 & 24. & Ioānes cap. 19 & 20; manifeste ex Eu- angelistis & præcedentibus propositionibus co- gnoscitur esse Maria Magdalena quę Domini sequebatur à Galilæa, de qua ítem Dominus eiecerat septem dæmonia. neq; in alijs locis q; in prædictis, exprimitur Maria Magdalena in Euangelio. Vnica est igitur Euangelica Maria Magdalena.

<sup>21</sup> VICE SIMA PRIMA. Hæ nomenclaturæ,

DIS CEP. II

<sup>13</sup> Matthæus  
<sup>27</sup> Lucas  
<sup>8</sup>  
<sup>16</sup> Marcus  
quæ sequuta erat Domínū à Galilæa, min- strans eī de facultatibus suis, de qua septem dæ- monia exierant, de qua dominus eiecerat septē dæmonia: non ponuntur in Euangelio ad dis- crimen alterius Mariæ Magdalenæ. ¶ Nam per præcedentem: vnica est Maria Magdalena Euāgelica, frustra igitur ad hoc essent in Euā- gelio, talia discriminis symbola. Verū enim ue- ro duæ priores particulæ, indicat pium Mariæ Magdalenæ in C H R I S T V M officiū. duæ po- steriores: diuinæ bonitatis in eam beneficium, & signum potentiae ac virtutis eius admirandum.

<sup>22</sup> VICE SIMA SECUNDA. Superuacaneum est: inquirere, vndenam in Euangelio Maria soror Marthæ, dicatur Magdalena. ¶ Nam ex vicesima: vnica est Maria Magdalena Eu- angelica, quæ ex vnde vicesima soror Marthæ non est. Valeant igitur κοματι, πύργοι, & ficta Magdala, siue in Hierusalem & Iudea, siue ad oram maris Tiberiadis sita, à quorum do- minio id nomenclaturæ, Magdalena inquam, sibi Maria soror Marthæ vendicarit. Neq; ex Euangelio aliud nomen habere cognoscitur: q; Maria vocatur, nonnunq; Maria soror Mar- thę & Lazarī. Nā Matthæus cap. 26 & Marcus 14: eā appellatione mulieris designant. Lucas vero cap. 10, nomine Maria. Et huic erat ( in- quid) soror, nomine Maria, Ioānes ítem cap. 11 Lucas 10

## DE MAG.

22. Nec in pluribus locis : de María sorore Martha loquuntur Euangelistæ.

23. VICESIMA TERTIA. María Magdalena Euangelica: non erat illa in ciuitate Peccatrix. ¶ Nam in María Magdalena: insigne miraculum, manifesta scilicet electio septem dæmoniorum ex Marci 16, & Lucæ 8, actum est. Quandoquidem si hæc electio occulta fuisset, & non aperta omnibus, innotuisset: q[uod] reuera erat dæmonia: minime eam scripsissent Euangelistæ, ne forte ansam dedissent aduersarijs & calumniatoribus Euangelij, qui plurimi illo tempore erant, ipsos arguendi tanquam qui ficta & quem nunquam vera apparuerant, scripsissent. A peccatrice autem, nequaq[ue] manifesto miraculo septem dæmonia eiecit Dominus: sed ex 7 Lucæ, illi suos pedes riganti lachrymis, & capillis tergenti, & demum vnguento vngenti, dimisit Dominus peccata multa. Sed & apud Græcos id conspectius habetur: vbi distinctione capitum nulla est, sed litera continuo filo procedit, hunc in modum. Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Et factum est deinceps: & ipse iter faciebat per ciuitates & ca stella, prædicans & Euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatae à spiritibus malignis & infirmis, Maria quæ vocatur Magdalene de qua

Lucas

## DISCEP. II

14

septem dæmonia exierat, & Ioāna vxor Chu zæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliae multæ, quæ ministrabat ei facultatibus suis. Nam recens omnino erat: q[uod] Peccatrix dimiserat peccata, & iusserat eam abiire in pace. At recens non erat: q[uod] illæ mulieres curatæ fuerant & sequebantur eum, quod innuit Euangelista: per hæc verba, Quæ erant curatæ & Exierant, quæ Græce sic effreruntur, αἱ ἡσαρπτεύ μέναι, & ἐξεληλύθει, hoc est, Quæ curatæ fuerant, & Exierat, quandoquidem tempus remos tum & multoante præteritum designant. Item per illud, Quæ ministrabat ei, vt pote quod indicet consuetum illarum ministrandi Domino per Galileam officium, quod & alio loco subin nuit Marcus: dicens. Et cum esset in Galilæa: sequæbantur eum, & ministrabant ei. Nequaq[ue] igitur María illa Magdalena quæ multo ante curata fuerat, & à qua septem dæmonia exierant: erat publica illa in ciuitate Peccatrix, pau loante à Domino in pace dimissa. Cæterum, facta etiam capitum distinctione, ex 7 Lucæ nullo consequio trahi potest, Peccatrix il lam esse Mariam Magdalenam, nam ex 7 Lu cæ, Dominus dixit Peccatrix, Remittuntur tibi peccata. Et rursus. Fides tua: te saluam fecit. 7 Vade in pace. Cum igitur dixerit ei, Vade in pace, quomodo inde colligas: publicam il

Marcus

15

Lucas

7

## DE MAG.

Iam Peccatricem fuisse eam quæ sequebatur Dominum, quæq; ibat cum eo per ciuitates & castella, de qua cap. 8 meminit idem Lucas, cum inquit. Et factum est deinceps; & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicens & Euangelizans regnum DEI, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatae à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabat ei de facultatibus suis. Non aliter certe: q; si fingeres mirificum quendam regem, verbo miracula & virtutes & deniq; quicquid vellet faciem, aliæ cui supplici iussisse ut abiret in pace, ac adiectio ne particulæ in pace significasse eum pro qua resupPLICaturus venerat prorsus exauditum, & ex eo intelligere aut colligere velles, q; iste regé sequutus fuerit, quod si dices: q; iuñit recedere, dices accessisse. q; iussit abire: venisse. Quā se quelam nemo profecto nouit, sed hanc potius, iussit abire: ergo abiit, & non sequebatur. Adde insuper, q; pudibundum fuisset eam quæ nuper scortum insigne fuerat, se cōtinuo iungere sanctissimo agminī nobilissimæ matronæ, Ioannæ vxoris Chuzæ satrapæ & oeconomi regij, & castellarum sanctorum mulierum quæ erant Apostolorum matres, veluti comparem & sociam, im-

## DIS CEP. II

15

mo vero omnium ductricem & primipilam vt quæ in fronte posita sit: Item si septimum cap. Lucæ non poneretur: nulla posset suboriri suspicio, q; Maria Magdalena fuerit publica illa Peccatrix. Nō enim ex hoc q; sequebatur CHRISTUS TVM, q; socia erat Ioanna, q; ministrabat CHRISTO de facultatibus suis ex octauo Luce, q; mane iuñit monumētum Domini, q; nuntiavit Apostolis ex vicesimoquarto eiusdem: suspicio aliqua oriri potest, q; fuerit illa publica in ciuitate Peccatrix. Neque ex 27 Matthæi, q; astabat CHRISTO patienti, q; cū altera María è regione sepulchri sedens contéplata sit vbi poneretur corpus IHESV, aut ex 28 q; venerit prima die sabbatorum illucescente videre sepulchrum, & angelum viderit & audierit. Neq; ex 15 & 16 Marcii: q; eadē fecerit, & insuper q; primo apparuerit ei Dominus. Neq; ex Ioannis decimonono & vicesimo: q; stabat iuxta crucem IHESV cum MARIA matre eius, et María Cleophae, q; mane venit ad monumentum: cū adhuc tenebrae essent, q; Petro & Ioanni nūtiavit Dominum sublatum, q; solitaria stabat ad monumentum, foris plorans, q; Dominū vidit in horro: cuius vestigia tenere voluit. q; discipulis nūtiavit, Vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Manifestum est igitur, septimo Lucae cap. sublatos nullam emergere posse suspicionem, Mariam

Magdalenam aliquādo fuisse publicam peccatricem, vt reuera neq; fuit. Sed cum cap. 7 Luce ponitur: perinde ad hoc negotijs facit, ac si nunq; fuisset positum: cum ex eo, vt vīsum est, nullo trahi consequio possit. Peccatricem continuo sequutam fuisse Domīnum, & se se sanctarū nūl loq; non tempore inculpatæ famæ mulierum turbæ inseruisse. quod María Magdalena ex octauo Luce, & Matthæi & Marcii Euangelio, fecit. Quare satís constat: Mariam Magdalena non fuisse publicam illam Peccatricem. ¶ Sed forte dicet quispiam. Ex octauo Lucæ spicamur Mariam Magdalenam, publicā illā Peccatricem fuisse; quia ab ea electa sunt septem dæmonia. ¶ At si probe attendat 9 & 11 numeros primæ Disceptationis de Magdalena: eo ipso q; ab ea electa sunt septem dæmonia, non fuit publica peccatrix. Item eoipso q; in familiō C H R I S T I erat: etiā tum, puto, cum Peccatrici dimissa sunt peccata. Praterea Ioanna vxor Chuzae, & Susanna, & filia Chananæ, dæmonia habuerunt: sed nunquid iccīro fuerunt publicæ peccatrices? Quinetiam puer ab infantia ex Marcii nono, immundo spiritu multo obseßus fuit: sed nunquid ideo publicus peccator extitit? Illud igitur: q; María Magdalena fuerit publica peccatrix, iudicio non est. Cur tamen nonnulli à dæmonijs occupentur, alij

non occupētur: arcana quædam ratio est, quam solus D E V S nouit, qui solus etiā sanat infirmitates & alligat contritiones generis nostri, si ne ipso curari prorsus impossibiles. Ad hanc quoq; propositionem faciunt: rationes quæ in prima Disceptione ad numeros 9 & 11, & eius Defensione 11 & 12, positæ sunt.

24 VICESIMA Q VARTA. María soror Marthæ: non erat publica illa in civitate Peccatrix.

¶ Nam vt manifeste ex Luca coniectatur, publica illa Peccatrix moram trahebat in vna ciuitatū Galilææ, & vt aliqui existimant in ciuitate Naim. Et ecce, inquit, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Quæ nisi illo in loco resedisset, Lucas 7 fuisset q; peccatrix notissima, & fortasse prima omnium: Simon Phariseus non dixisset intra se. Hic si esset propheta: sciret vtq; quæ & qualis est mulier quæ tāgit eum, quia peccatrix est. Neq; Dominus dixisset. Remittūtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Atqui María soror Marthæ ex vndecimo Ioannis Iudæa erat, quæ nunq; nec peccatrix fuisse legitur, nec peregrinatēm Domīnum sequita: sed cum domi maneret vna cū chara sorore Martha, eundē hospitio suscepisse. Et q;q Dominus bis aut ter susceptus hospitio eius in Euāgelio, vt puta 10 Lucæ, & vndecimo & duodecimo Ioānis, legatur: quia tamē ex vndecimo Ioannis, quod etiā

ex decimo Luc<sup>e</sup> cognoscitur, familiariter admodum & amice vtebatur Martha & Maria sorore eius, nō tunc primum apud eas diuersatus intelligitur cū secundū Lucā ex Galilaea venerat ubi pauloante iustificata fuerat Peccatrix, sed multo ante, ob honestatē puritatemq<sup>z</sup> ac vitæ sancti moniam Mariæ, Marthæ, & Lazari, immo ob multiformem gratiam illis ab eo abunde infusa, vt multo magis iam intelligatur ex veteri illa & familiarī, qua IHESVS ad domum illam vtebatur, consuetudine: Mariam sororem Marthæ non fuisse illam publicam Peccatricem quæ pauloante, iustificationis gratiam, miseratione eius, cōsequuta fuerat. Præterea si fuisset publica illa Peccatrix quæ ministrando sequuta fuisset Dominū, & cum eo se in domum Marthæ sororis receperisset: Martha nunq<sup>z</sup> conquesta fuisset de ea, dices, Domine non est tibi curæ: q<sup>z</sup> soror mea reliquit me solā ministrare: sed potius cōgratulata peregre aduentanti fuisset: effusa in gaudiū, q<sup>z</sup> sororem quæ perdita erat recuperasset, accepissetq<sup>z</sup> ex turpi pulchram, ex immunda sanctam, et ex mortua viuam. Illud quoq<sup>z</sup> mirū videri potuisset: q<sup>z</sup> Maria, si ipsa solita fuisset Domino ministrare in via, in propria domo neglecti officij & obmissæ solite ministrationis redarguta fuisset. Et quid mirum: si Dominus quo tempore in Galilea agebat postq<sup>z</sup> rediit ex

Lucas  
10

Aegypto (decem siquidē & octo annos in Galilaea habitauit, anteq<sup>z</sup> suā inciperet prædicatiōnem) frequenter cū ex Galilaea per Bethaniā in Hierusalem secundum consuetudinē legis se cōferebat, hospitalitatis familiaritatē habuerit cū María & Martha & Lazaro fratre earum, qui merito præ cæteris hospites eius nominati fuerunt, quoq<sup>z</sup> proculdubio suę quoq<sup>z</sup> benedictionis gratia Dominus præuenit anteq<sup>z</sup> sese mundo manifestauerit. Vnde nullomodo verissimile est: Mariā sororē Marthæ, quæ mihi semper & in corde & veneratione, sancta visa est, aliquādo in tātē turpitudinē barathrū cuius iniuste accusatur, corruiſſe. adeo vt q<sup>z</sup> hoc pertinaciter dicit: mihi videatur quodāmodo tāto hospiti, quo nulus est, neq<sup>z</sup> fuit, neq<sup>z</sup> erit, neq<sup>z</sup> esse potest, aut maior aut melior, & non solum illi sancte hospite, iniurius esse. Absit ergo cogitemus: hāc cōsuetudinariā CHRISTI hospitā, aliquādo fuisse sordidā infamēq<sup>z</sup> Peccatricē. Cæterū cōsimili ratioñe qua in præcedēti propositione vñi sumus, ostēdi possit: nequaq<sup>z</sup> ex 7 Luc<sup>e</sup> colligī posse, Mariā sororē Marthę fuisse illā publicā Peccatricem, aut insuper eāipsā fuisse Mariā Magdalenā, q<sup>z</sup> vt iustificata fuisset, sequuta esset Dominū à Galilaea, donec hospitiō in ædibus Marthæ exceptus fuit, nā & illīc soror Marthæ, domi reperita est: tantū absit vt Dominū à Galilaea sequu-

c.j.

## DE MAG.

ta fuerit. Nihil igitur de 7 Lucæ cogita: & nūqtibi de María sorore Marthæ suspicio vlla oborietur, sed semper de ipsa vt virgine & vere sancta senties. neqenenī virorū Mariæ & Marthæ sororis eius, vnqact facta est mētio: sed solum fratrīs earū, vt apud quē manebāt, ceu virgines, et tales quidem quē à Domīno ob infusam eis benedictionis suę gratiā, multū diligebātur, cui & ipse omnimoda puritate & honestate vitæ cooperabatur: sese domi continētes, nā mos virginū nō erat: per regiones lōginquas & deserta, vrbes & oppida discurrere. vnde intelligitur: Mariā Magdalena, Ioannā, Susannam, & cæteras quē sequebātur Domīnum: probas sanctasque matronas fuisse, quē aut viros habebāt qui etiā ipsi defiderio regnī coelstis sequebātur Domīnum, aut viduæ erāt trahētes secū liberos vt simul & ipsi vitā consequerētur æternā. Arbitrariū itaque est, & nulla ratione fultum: dicere Peccatricem Lucæ 7 præ se ferre formam pœnitentium & incipientium, 8 actiuorum & proficiētiū, & 10 contemplantium & perfectorum. Nā reuera, vt hę vitæ variæ sunt, ita tria diuersa in Euāgelio exemplaria sibi vendicāt. Pœnitentes & incipientes, vnum: Peccatricem. Agētes & proficientes, alterū: Mariam Magdalena. Contemplantes & consummati, tertium: Mariam Marthę sororem. Ad hanc quoque propositionē faciunt: quæ

## DISC E P. II

18

numero Disceptationis 7, & Defensionis eius 9, 10, 11, 12, 15, 20, 21, 27, adducta sunt.

25 VICESIMA QUINTA. Tres sūt mulieres, vt recte voluit Theophilus Antiochiae episcopus sextus à Petro, discipulorum temporibus conterminus: María Magdalena, María soror Marthæ, & Peccatrix à Luca descripta. ¶ Hęc ex 19, 23 & 24 propositionibus nota est. Sic autē de his Theophilus scripsit. Quiuis autē quatuor Euāgelistę vnguētū mulieris cōmemorēt: nō est tamē vna, sed duę, vna quidē: quę describitur à Ioāne, quę est soror Lazari. alia vero: quę à reliquo Euāgelistis describitur. Adhuc autē si attēdas: inuenies has, tres esse. à Ioāne enī vna describitur, altera vero à Luca, à duobus vero reliquo alia. Hęc ille. Huic etiā propositioni astipulātur: quę in Disceptatione numero 12, Defensione eiusdem 49 & 52, dicta sunt.

26 VICESIMA SEXTA. Etsi hę tres sint, & earum vnicā sit María Magdalena Euāgelica: consuetudo tamen obtinuit, vt etiam María soror Marthę, María Magdalena dícatur, item & Peccatrix, quę in Euāgelio nomina ta nō est. Vnde fit, vt quodāmodo sint tres Mariæ Magdalena: quę licet tres sint mulieres, vnicā tamen mulier esse putantur. ¶ Nā vnicā esse Mariam Magdalena Euāgelicā: propositio vicesima ostendit, & has, tres esse mulieres: prec. iij.

Theophilus

cedēs. Qz autē vulgo María soror Marthæ & Peccatrīx vocētur María Magdalena: notiū est q̄ vt probatione egeat. Corollarīū itē, notū est. Nā vna reuera est María Magdalena , vt pote Euangelīca, quæ scilicet sequebatur Domīnū à Galilæa , de qua itē Domīnus septē dæmonia eiecerat: & duæ, nūcupandī cōsuetudīne. Quandoquidē nō solū īperitū vulgus Mariā sororē Marthæ Mariā Magdalēnā appellare consueuit, & Peccatrīcē itidem Mariā Magdalēnā: sed etiā līteratī aliquot & īsignes virī, ceu Gregorius, Beda, Bernardus, & qui prēdīctū quidē se quuti sūt Gregoriū, nō autē Euangeliū qđ fece re Theophilus, Irenēus, et primi illi sancti līterati patres. Qz vero illi has tres vnicā esse putēt: adeo certū est, vt ex scriptis eorū testimonia adducere superfluū videatur. Vnde factū est, vt etiā nūc nōnulli pro virili scribāt & defendant vnicā esse Mariā Magdalēnam , tanq̄ pro arīs decertantes: quā vnam & eandē esse volunt mulierē, cuicūq̄ vulgus hoc nomen María Magdalena tribuere cōsueuerit. At nos cōtra : vna veram, & duas vulgarias, esse arbitramur.

27 VI C E S I M A S E P T I M A . Vndenam hæ mulieres, nomen Marię & Magdalēnæ sibi cōtraxerint, et eqdēvnica mulier peccatrīx fuerint reputatæ: verisimiliter cōiectare. ¶ María Magdalena à Galilæa: ex Euāgelio & pro veritā-

te, hoc nomen María habet. quā à Magdalo ad orā maris Tiberiadis sīto, sibi contraxisse Magdalēnæ cognomentū : magna es tam veterū q̄ recentium scriptorum consensio. Huic autem pyxis vnguentaria tribuitur : vt cum transisset sabbatū veniens ad monumentū vngeret I H E S V M . Ea vero pyxis ad Mariām sororē Marthæ (sic enim vere, & Euangelio teste nomina-  
tur) Magdalēnæ cognomentum trāsmisit. Pa-  
ri modo & sororī Marthæ pyxis vnguenti con-  
ceditur : quo vnxit caput & pedes Domīni ī  
signum sepulturæ non diu post futuræ. vnxit  
autē ī domo Simonis Leprosi, & capillis suis  
tersit: & id ī conuiuio. Atq̄ hæc pyxis, & hæc  
vncīo pedum Domīni, & extersio facta capil-  
lis eius ī domo Simonis Leprosi & ī cōuiuio:  
Peccatrīcī quæ rīgauit lachrymīs pedes Domī-  
ni tersitq; capillis suis, & subinde vnxit ī do-  
mo Simonis Pharisēi & ī cōuiuio: nomen Ma-  
riām, & cognomentum Magdalēnā īndiderūt,  
cum ex Euangelio neq; nomen habeat neq; co-  
gnomē. Fecit & ad id, caput II Ioannis nō intel-  
lectū vt decuit: de eo scilicet quod quomodo fa-  
ctū fuerit paulomox capite 12 explicatur ( q̄q  
neq; Euāgelium Ioānis, neq; aliorum Euā-  
gelistarum: per distinctionem capitū scriptū  
sit, quod licet ī exemplaribus Græcis vīdere)  
Solent enim Euāgelistæ, quæ prius tetigerūt  
c.iiij.

D E M A G .

postea explicare, quod & illuc fecit Ioānes. Ha-  
bes igitur verisimili cōiectura vnde nā hē muli-  
eres nomen Mariæ & Magdalene acceperint :  
nūc restat secundā propositionis particulā ostē-  
dere. Peccatrīx vbī vulgo sibi nomen Mariæ &  
Magdalene vendicauit : ad vtrāmq; Mariam  
scilicet sororem Marthæ , & Mariam Magda-  
lenam Euāgelicam, Peccatrīcis nuncupationē  
transtulit, effecitq; vt ipsam & illæ duæ vnica  
putarentur Maria Magdalena . atq; tūc quoq;  
multa peccata: cōflata sunt in septem dæmonia.  
vt propemodum verum sit, quod dīci solet, incō-  
modo vno dato: multa contingere. q̄q Grego-  
rīum sic scribentē: allegoriam potius q̄ historię  
sensum indicare voluisse, facile crediderim, tota  
itāq; propositio nota est.

28 D V O D E T R I C E S I M A . Neq; de Marthā,  
neq; de Mariā sorore eius , neq; de Peccatrīce: in mysterio passionis capto fā Domīno, aut res-  
urrectionis: mētio vlla in Euāgelio specialiter  
& expresse facta est. ¶ Nam per vicesimāquin-  
tā: hæ, Mariā Magdalena, Mariā soror Mar-  
thæ, & Peccatrīx, tres sunt mulieres, neq; Ma-  
riā soror Marthæ per vnde uicesimā, neq; Pecca-  
trīx per 23: illa est Mariā Magdalena Euāgelī-  
ca. In passione autē Domini hē solæ specialiter  
tangūtur: Mariā Magdalena, Mariā Iacobī mi-  
noris & Ioseph mater quæ est Mariā Cleopha.

DISCEP. II

20

& mater filiorum Zebedæi quæ dicitur Salo-  
me. In Marco siquidem: Mariā Magdalene, &  
Mariā Iacobī minoris & Ioseph mater, & Salo-  
me exprimuntur. In Ioanne vero: Mariā Cleo-  
phæ & Mariā Magdalene , quæ stabant iuxta  
crucē I H E S V cū M A R I A superbenedicta ma-  
tre eius. At certū est: neq; sororē Marthæ, neq;  
Peccatrīce, harum aliquam esse. nam & hæ om-  
nes, Galilæe sunt: & si harum aliqua esset Ma-  
riā soror Marthæ aut Peccatrīx, ea maxime es-  
set Mariā Magdalena. quod falsum esse, mon-  
stratum iam est. De Marthā autē id per se ma-  
nifestum est, nullam scilicet harū esse. Igītū ha-  
rum mulierum in mysterio passionis: nulla mē-  
tio specialiter & expresse facta est. Nequaq; ta-  
men dubitem, tūc nobilē illum Lazarū inter vi-  
ros, & inter mulieres Iudeas, piās illas C H R I-  
S T I hospitas Marthā & Mariā sororē eius:  
Domīno pia compassionis officia exhibuisse,  
& copiosissimas profudisse lachrymas, dicente  
Lucas 23  
¶ Luca. Sequebatur autem illum multa turba po-  
puli & mulierum: quæ plangebant & lamenta-  
bātur eum. Cōuersus autē ad illas I H E S V S:  
dixit. Filiae Hierusalem: nolite flere super me,  
sed super vosipas flete & super filios vestros.  
quoniam ecce venient dies in quib; dicent,  
Beatae steriles, & ventres qui non genuerunt,  
& vbera quæ non lactauerunt. Qz si Peccatrīx  
c.iiij.

Marcus

15

Ioannes

19

## DE MAG.

inter peregrinos aderat: dubium non est, quin maxima sympathia & abundantissimis lachrymis Domini vitæ suæ prosequuta fuerit. Verum de Peccatrice: posteaq; Lucas cap. 7 plenam teæ xuit historiæ, ne vnum quidem verbum in Euæ angelio facit. Quinetiam in mysterio resurrectionis hæ solæ nominantur: Maria Magdalene, Ioanna, Maria Iacobi, Salome, & nomine generali quædam quæ cum eis erant, Galilææ. constat igitur quod propositio polliebat.

<sup>29</sup> V N D E T R I C E S I M A . Nulla earum mulierum quæ Maria Magdalena reputantur: à resurrectione pedes Domini in via tenuit. ¶ Nam tres sunt per vicesimæ sextæ, quæ Maria Magdalena reputantur: scilicet Maria Magdalena Euæ angelica quæ & Dominum sequebatur à Galilæa & de qua ipse septem eicerat dæmonia, Maria soror Marthæ, & Peccatrix. Atqui per duodecimam: Maria Magdalena Euangelica quæ solita erat sequi Dominum à Galilæa, non tenuit pedes Domini in via, non enim erat cù mulieribus quibus Dominus occurrit. Neq; item Maria soror Marthæ, neq; Peccatrix: predictos pedes tenuit, per præcedentem. Præterea illæ quæ secundo inuiserunt monumentum: fuerunt aliquæ earum quæ primo inuiserant. eæ autem sunt, Maria Cleophae Iacobi minoris & Joseph mater, & Salome mater filiorum Zebedæ.

## DISCEP. II

21

dæi, id est Iacobi & Ioannis, & Ioanna: quarum nullam certum est esse Martham, Mariam vero rem eius, aut Peccatricem, notum est igitur quod proponebatur.

<sup>30</sup> T R I C E S I M A . Cum María Magdalena & aliæ mulieres mane venerunt ad monumentum cum adhuc tenebræ essent: factus erat ille terræ motus. ¶ Eas mane fuisse ad monumentum cum adhuc tenebræ essent: tertia monstrauit. At si tunc primum cum illæ aderant magnus ille terræ motus increpuisset: mirum in modum pauefactæ fuissent, cum etiam viri ipsi & milites, custodes monumenti, nimio metu percussi iacebrent velut mortui & exanimis. verum an adhuc ceu exanimis facerent cum mulieres illuc applicuerunt, me latet: pauefactæ tamen non leguntur, priusquam ingredierentur monumentum, & aspectum experientur angelorum, dicente Luca. Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant arotata: & inuenierunt lapidem reuolutum à monumeto, & ingressæ: non inuenerunt corpus Domini IHESV. Et factum est dum mente consternatae essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem & declinarerent vultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis viuentem cum mortuis? Item & Marco. Et cum transisset sabbatum: María Ma-

Lucas  
24Marcus  
16

gdalene & María Iacobí & Salome emerunt  
aromata, vt venientes vng erent IHESVM. Et  
valde mane vna sabbatorum veniunt ad monu-  
mentum: orto iam sole. Et dícebat ad iuuicem,  
Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumen-  
ti? Et respícientes: viderūt reuolutum lapidem.  
Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in  
monumentum, viderunt iuuenum sedentem in  
dextris coopertum stola candida: & obslupue-  
runt. Qui dicit illis. Nolite expauescere, IHES-  
VM queritis Nazarenū, crucifixum, surrexit:  
non est hic. Vbi cum illi dícant: unus, Et respi-  
cientes viderunt reuolutum lapidem, alter, Et  
iuenerūt lapidē reuolutū à monumento: indi-  
cant terræmotum iam exactum fuisse, nō enim  
mulieres venerūt cum reuolueretur lapis, neq;  
viderunt reuoluī lapidē, quod factum est descē-  
dēte angelo, & terrifico fragore concussa terra.  
sed viderunt & iuenerunt iam reuolutum. Fa-  
ctus igitur erat ille ingens terræmotus: cum  
María Magdalene & sociæ eius, mane, suo  
primo accessu profectæ sunt ad monumentum.

31 TRICESIMA PRIMA. Matthæus de ad-  
uentu illo primo Mariæ Magdalene & sociæ  
rum eius ad monumentum: per anticipationem  
Matthæus loquutus est. ¶ Nam sic habet Matthæus. Ve-  
spere autem sabbati quæ lucescit in prima sabba-  
tit: venit María Magdalene & altera María vi-

dere sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est  
magnus. Angelus enim Domini descendit de  
cœlo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat  
super eum. At ex præcedenti: descensus angeli  
& terræmotus ille magnus, præcesserant aduen-  
tum illum mulierum ad monumentum. Id igitur  
per anticipationem loquutus est Matthæus.  
Quæ loquitio, & loquendi modus: apud Eu-  
angelistas & Prophetas non infrequens est.

32 TRICESIMAS ECVNDA. Matthæus de  
vtroq; mulierum accessu ad monumentū, memi-  
nit: sed neutrum Mariæ Magdalene aut mu-  
lierum accessum ad discipulos, expressit. ¶ Nā  
cum ait, Vespere autem sabbati, quæ lucescit in Matthæus  
prima sabbati: venit María Magdalene & alte-  
ra María videre sepulchrum: hoc per primam  
& tertiam propositionem, adiuuātibus decima  
& quīntadecima, ad primum mulierū accessum  
ad monumentum, referendum est. Quod autem  
adiungit, Respondes autē angelus, dixit mulie-  
ribus. Nolite timere vos. Scio enim q; IHESVM  
qui crucifixus est, queritis. Non est hic, surrexit  
enī: sicut dixit. Venite, et videte locū ubi positus  
erat Dominus. Et cito euntes dícite discipulis  
eius: quia surrexit. & ecce præcedet vos in Ga-  
lilæā. ibi eū videbitis. ecce prædixi vobis. Et ex-  
ierunt cito de monumento cū timore & gaudio  
magno, currētes nuntiare discipulis eius: ad se-

cundū mulierū accessū ad monumentū absente María Magdalena, spectat. Id quod per sextā decimā cognoscitur: quia vnīcus eas alloquī scribitur angelus. Qz itē cū gaudio magno egressæ sunt ē monumēto, currētes vt nunciarēt discipulīs: argumento sane est non paruo, tunc eas in secunda illa visione & alloquutione angelī, cōfirmatas credidisse Dominū resurrexisse. quæ in prima angelorū visione & alloquutione, per vnde cīmam mīnime crediderant. Præterea IHESVS occurrit eis: dum īrent nuntiare discipulīs, Et exierunt, inquit, cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulīs eius. Et ecce IHESVS occurrit illis dicens. Auete. Ille autem accesserunt: & tenuerūt pedes eius, & adorauerunt eum. Quod in primo earum accessu ad monumētum, & in primo inde dīgressu ad Apostolos: per sextam factum non est. Est igitur notum: duplīcis mulierū accessus ad monumētum, Matthæum meminisse. Quanq; nihil postea aliubi de accessu aut María Magdalēnē aut mulierum ad discipulos loquatur, et si mandatum accedendi ad eos & ab angelo & à D E O acceperint. tota igitur propoſitio nota est.

TRICESIMA Q VARTA. Particula Matthēi, quæ in Græcis quidē codīcibus habetur, in Latinis autē deest: siue addita, siue obmīssa, nihil

intelligētiæ īmutat. ¶ Sic enī Matthēus Græce Matthæus 28  
habet, καὶ ἔξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγαλῆς, ἐδραμοῦ ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς ἄντοι. ὃσ Δὲ ἐπωρεύοντο ἀπαγγεῖλαι μαθηταῖς ἄντοι, καὶ ἴδοὺ ιησοῦς ἐπήντη σερ ἀνταῖς λέγωρ, χαίρετε. hoc est. Et egressæ cito de monumento cum timore & gaudio magno: cucurrerūt vt annuntiarent discipulīs eius. \*

\* dum autem ibant vt annuntiarent discipulīs eius: & ecce IHESVS occurrit illis dicens, auete. Verum hec particula, Dum autem ibant vt annuntiarent discipulīs eius, quæ in Græcis codīcibus habetur, & in nostris deest, siue ponatur siue non, semper illud intelligi debet per sextā, de secunda profectiōne ad monumentum, & secunda egressione à monumento. ergo per præcedentem: nihil commutatur intelligentiæ.

34. TRICESIMA Q VARTA. Verissimilius est Matthæus 28  
hanc particulam, Dum autem ibant vt annuntiarent discipulīs eius: interpretis allucinatiōne siuisse obmissam, q id Latinorum scriptorum errore atq; negligentia accidisse. ¶ Quia Græce præcedens particula ἐδραμοῦ ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς ἄντοι, & dimissa ὃσ Δὲ ἐπωρεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς ἄντοι, similes sunt, & eodē fine claudūtur, idcirco verissimile est, interpretē trāsilisse ad sequētem partculam interpretādam, scilicet, Et ecce IHES-

S V S occurrit illis dicens, auete, obmissa media particula qua caremus, aut certe in codicem mutilum incidisse, in quo haec particula defuderabatur, atque sic ea media particula omnes Latinos codices allucinacione interpretis caruisse. Nam si scriptorum Latinorum errore & incuria id contigisset: nequaquam verisimile est omnes ubique scriptores eam obmisisse particulam. Quare & adhuc quidae in Latinis codicibus eam retineret: quae tamen nusquam, neque in ijs quos habemus, neque in commentariis super eosdem editis, reperitur.

Marcus  
16

35 TRI C E S I M A Q. VI N T A . Ipse quoque Marcus de duplice mulierum accessu ad monumentum, mentione facit. ¶ Nā quod primo loco dicit, Et cum transisset sabbatum: Maria Magdalene & Maria Iacobī & Salome emerunt aromata, ut venientes vngerent IHESVM. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, hoc de primo accessu mulierum ad monumentum: tenebris adhuc ex Ioanne existentibus, intelligi debet. Quod autem subinde addit, Orto iam sole, hoc anticipatione ad sequentia dictum: ad secundum spectat accessum. Et rursus quod adiungit, Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes: viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde, hoc tertio

loco positum; illud respicit. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, & primum mulierum ad monumentū accessum, nam cum secundo accesserunt, sciebant lapidem revolutum: neque dicebant ad inuicem. Quis reueluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Quod quarto apponit, Et introeuntes in monumentū viderunt iuuem sedentem in dextris, cooperatum istola cādida; & obstupuerūt, qui dicit illis. Nolite expaescere. IHESVM queritis Nazarenū, crucifixum, surrexit: nō est hic. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro: quia precedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. At illæ exeuntes: fugerunt de monumento inuaserat enim eas tremor & pauor & nemini quicque dixerunt, timebant enim, quod quarto inquā apponit, istud respicit, Orto iam sole, & secundum mulierū accessum. Id quod, idem etiā Marcus subinnuit: cum de unico angelo, ut & Matthæus, verba faciat. Nam in primo: duorum fit mentio, tum ex Luca, tum etiā peregrinorum testimonio, qui pluriū meminere, propositio igitur manifesta euadit.

36 TRI C E S I M A S E X T A . Litera Marcii, commate his particulis, Monumētum, & Orto iam sole, interfecto: legenda est. ¶ Idem faciunt & Græci, quanq̄ pro nostro commate: subdissimulatione ytantur, sic enim habent, καὶ Λιαρωτοι

D E M A G.

• τῆς μίᾶς σαββάτωρ ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον,  
• ἀνατείλαντος τοῦ ήλιον, hoc est. Et valde ma-  
• ne vna sabbatorum veniunt ad monumentum:  
• exorto sole. Nam per præcedentem prior par-  
• tícula Et valde mane, & posterior Orto iam so-  
• le: diuersos mulierum accessus ad monumentū  
• respiciunt. facienda igitur est inter eas distincțio:  
• quæ non incongrue per comma fieri solet quod  
notæ copulatricis vim habeat.

- 37 TRICESIMA SEPTIMA. Litera Marcí dí lucídior suísset, adscripta in hunc modum copu-  
landí particula. Et valde mane vna sabbatorū  
veniunt ad monumentū: & orto iā sole. ¶ Adie-  
cta siquidē nota copulatiua, aperte indicat mu-  
lieres bis accessisse ad monumentū, semel valde  
mane, & iterū orto iam sole. Cum autem cōma-  
te vt in præcedēti díctum est, distingui debeat:  
illud tamen frequenter obmittitur, obmissum  
vero, de vnico accessu mulierum phantasiam in-  
gerit, efficitq; insuper sermonis sibijspli dissiden-  
tis quodammodo apparentiam. Nam si id sine  
distincțione legatur, Et valde mane vna sabba-  
torum veniunt ad monumentum orto iam sole:  
hic sermo sibimet compagnare videtur, veniunt  
valde mane orto iam sole. quia si valde mane:  
non orto iam sole, si orto iam sole: nō valde ma-  
ne. Et quis in de Triduo C H R I S T I , aliam  
adduxerim intelligētiā: hic tamen hanc esse

Marcus  
16

D I S C E P. II

25

veriōtem arbitror, siue dies illa & aurora acce-  
lerata fuerit ob resurrectionis gloriā, siue non.

- 38 TRICESIMA OCTAVA. Marcus nō solū  
de duplice accessu mulierū ad monumentū me-  
mīnit; sed etiā duplīcē Marię Magdalenæ pri-  
mo comitatæ, & secūdo incomitatæ accessum ad  
monumentū descriptis, & secundū eiusdē ad dī-  
scipulos accessum. ¶ Nam hīc, Et cū transisset  
sabbatū: María Magdalene & María Iacobi  
& Salome emerunt aromata, vt venientes vn-  
gerent I H E S V M, & valde mane vna sabbato  
rū veniunt ad monumentū: primū Marię Ma-  
gdalenæ comitatæ ad monumentū accessum, te-  
tigit. Secūdum vero, cum dixit. Surgens autem  
I H E S V S mane prima sabbati: apparuit pri-  
mo Marię Magdalenę de qua eiecerat septē dē-  
monia. Porro idem secundū Marię Magdale-  
næ ad discipulos accessum: enarrauit, cū subiun-  
xit. Illa vadens: nuntiauit ijs qui cum eo fue-  
rant, lugentibus & flentibus.

- 39 TRICESIMA NONA. Cū Marcus ait, Sur-  
gens autē I H E S V S mane prima sabbati: appa-  
ruit primo Marię Magdalenæ de qua eiecerat  
septē dēmonia: particula Mane, potius reuocari  
debet ad præcedēti particulā Surgēs, q; ad se-  
quentē Apparuit. ¶ Nā Domīnus Marię Ma-  
gdalenæ in secūda eius ad monumentū profe-  
ctione apparuit: postea q; Petrus & Ioannes ad  
d.j.

Marcus  
16

16

## DE MAG.

Ioannes  
20

seipso abierat, ut ex Ioāne certū est. At incertū est, an tāto tēpore exacto, quo ipsa à monumēto Petrū & Ioannē adierat redieratq; eodē, & illis abeūtibus à monumēto steterat ad monumentū, & foris plorauerat, sepulchrumq; introierat, & angelos fuerat alloquuta: incertum inquā est, an adhuc mane diceretur. Mane autem & diluculo C H R I S T V M surrexisse: ex Euāgelio & oraculis Prophetarū, nō est dubiū. Satius igitur est: illud Mane, ad priorē particulā Surgēs, q; ad sequentē Apparuit, reuocare, id quod etiam recte loquendi ratio, exposcere videtur.

40 Q V A D R A G E S I M A. Lucas: primum accessum Marię Magdalenę & aliarū mulierū ad monumentū expressit, secundū cōticuit. ¶ Nā de eo solum loquitur, quādo duo angeli steterūt secus illas annuntiantes eis Dominū resurrexisse, quod & ipse à monumento profectæ, Petro & Ioanni cæterisq; Apostolis, renuntiarunt. quo audito: Petrus cucurrīt ad monumētū. Neq; etiā quicq; aliud postea peregrinī à Luca ītūcti: referūt. At per quartā & sextam: manifestū est, istud ad primum Marię Magdalenę & mulierum accessum ad monumentum pertinere, non ad secundū, siue mulierum, siue Marię Magdalenę accessum, qui fuit post discipulorum Petri & Ioannis cursum per octauam & quintadecimā. Solum igitur primum accessum Lucas tetigit,

Lucas  
24

## DISCEP. II

26

nihil de secundo loquutus.

41 Q V A D R A G E S I M A P R I M A. Horū trīū, Matthæi, Marcī, & Lucæ: solus Lucas accessus Marię Magdalenę ad Petrum & Apostolos à prima visitatione monumenti, & cursus Petri meminīt. ¶ Nā Matthēū nihil dixisse, manifestū est, vbi enī paucis primū mulierū accessū ad monumētū attigīt, mox secundū tantū proseq; tur, nihil de accessū ad discipulos exprimēs. vt i tricesimaprīma, & tricesimasecūda propositiōnibus visū est. Similiter & Marcus solū loquitur de secūdo Marię Magdalenę ī viso Domīno ad discipulos accessū: vt i tricesimaoctaua diētū est. De cursu vero Petri: neuter eorū, quicq; loquutus est. Atqui Lucas: hunc primum accessum aperte tangit, inquiēs. Et recordatē sunt verborum eius: & regressę à monumento, nuntiauerūt hæc ōnia illis vndecim & cæteris omnibus. erat autē Maria Magdalene, & Ioāna, & Maria Iacobī, & cæteræ que cū eis erāt: que dīcebāt ad Apostolos hæc. Et cursum Petri: cum ait. Petrus autē surgens: cucurrīt ad monumentū, & procūbens: vidit líteamína sola posita, & abiijt secum mīrans, quod factum fuerat.

Matthæus  
28

42 Q V A D R A G E S I M A S E C V N D A. Ioannes, de vtroq; accessu Marię Magdalenę ad monumētum meminīt, & de vtroq; accessu eiusdem ad discipulos. Quo sit: vt ōnes Euāgelistæ. d.ij.

Lucas  
24

primum accessum Mariæ Magdalenæ ad monumētū tetigerint; secundū vero accessū eius ad dīscipulos duo tantū, Marcus & Ioānes. ¶ Nam de eo meminīt, quando mane Mariæ Magdalena accessit ad monumentū, cum adhuc tenebræ essent, & anteq; ipsa accessisset ad Petru & Ioānē: & iste est prīmus. in quo & ipsa, vt in tertia vīsū est, etiā alijs comitata erat. Subinde vero de eo etiā cōmeminīt; quo, ab eūtibus Petro & Ioāne, sola stabat ad monumētū foris plorans, atq; duos angelos vīdit, & Domīnū alloquuta est ī horto, quę vt notū est, ī secūdo Mariæ Magdalena ad monumentū accessū facta sunt. Tōtis quoq; ex Ioāne: eadē ad dīscipulos accessit, vt in decima vīsum est. Cæterū prīmā partē collarij, trīcesimā secūda, trīcesima quīnta, quadragesima, & quadragesima secunda, notissimā reddūt. Secūda vero; hīnc fiet manifesta, nā per quadragesimā secundā Ioānes, & per trīcesimā octauā etiā Marcus, secundum ad dīscipulos accessū tetigerūt. At per quadragesimā Lucas sōlius prīmī accessus Mariæ Magdalena & comitū eius ad apostolos, meminīt. Neq; Matthæus per 32, accessū vīlū ad dīscipulos expressit, sed sōlū accedēdī mandatū, tam apud monumentū q; in vīa cū occurrit Dominus. Tota igitur propoſitio nota est: & pro vtraq; suī parte, corollarīū.

43 Q. VAD R A G E S I M A T E R T I A . Cur Ios-

annes, de duplīci Mariæ Magdalena ad dīscipulos accessu, & Petri cursu, sermonem resumpserit: verisimilem causam assignare. ¶ Manifestum est Prochori, Irenæi, Eusebiij, Hieronymi, & vetustorum hagiographorum, historico-rumq; testimonio: Ioannem vīsis aliorū Euāgelistarū scriptis, laudatisq; & approbatis, postremo suum scripsisse Euāgelium, in quo pleraq; scripsit: quæ alij enarrare obmisserant, quæ autem ad plenum tractauerat, subicens: suo sancto approbauit silētio. Cū itaq; ē reliquīs vīnus Lucas per quadragesimā prīmā de prīmo accessu Mariæ Magdalena ad Petrum & dīscipulos, à prīma scilicet visitatione monumenti meminerit, & quomodo ipsa & mulieres quæ cum ea erant dīixerāt se visionem angelorum vīdīsse qui dicerent Dominum vīvēre, sed tamen suppresserit quomodo ipsa nō modo illa dīixerat, sed etiā (id quod magis suspicabatur) sublatū esse Domīnū sūū, & se suāsq; comités nescire: vī posuerunt eum: ad exprīendum quod ipse Lucas subticuerat, Ioannē de hoc accessu & nūtio Mariæ Magdalena ad dīscipulos rūrsum loquutum suisse verisimile est. Cūq; idem Lucas de cursu Petri meminerit, & de Ioannī tacuerit, cum tamen Ioannes vīa cum Petro cucurrisset: hac nimirū ratione factū est, vt de cursu Petri Ioannes sermonem resumpserit, vt quod de d. iij.

se suppressum erat exprimeret. Hæc autem est tam huius resumptionis q̄ illius; verisimilis causa, quod volebat propositio.

**Q V A D R A G E S I M A Q V A R T A.** De Maria Magdalena & mulieribus: Euangelistas ex cōsequētia rationabiliter explicare. ¶ Cū quatuor sint Euāgelistæ: hęc quoq; quadripartita est.  
**P R I M O** igitur: Matthæus hunc in modū exp̄līcāndus est. Cum ait, Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati: venit María Magdalene, & altera María videre sepulchrum. Hoc: de primo accessu ad monumentum accipi debet. ¶ Quod vero sequitur, Et ecce terræmotus, factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cōclō: & accedens reuolutus lapidem, & sedebat super eum. Erat autē aspectus eius sicut fulgor: & vestimenta eius sicut nix. Præ timore autem eius: exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Hoc: primum mulierum aduentum ad monumentum, p̄cessit. ¶ Quae autem subduntur, Respondens autem angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim q̄ I H E S V M qui crucifixus est, quæritis. Non est hic surrexit enim: sicut dixit. Venite: & vide te locum, ubi positus erat Dominus. Et cito eūtes, dicite discipulis eius: quia surrexit, & ecce p̄cedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Ecce p̄dixi vobis. Et exierunt cito de monu-

mento cum timore & gaudio magno: cōrrentes nuntiare discipulis eius. Et ecce I H E S V S occurrit illis: dicens. Auete. Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis I H E S V S. Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis: vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Hæc: de secundo accessu mulierū ad monumentū, & discessu à monumēto, absente María Magdalena, intelligēda sunt. S E C V N D O, explicandus est Marcus. ¶ Et Marcus cum trāſisset, inquit, sabbatum, María Magdalene, & María Iacobí, & Salome emerunt aro mata: vt venientes vngererent I H E S V M. Et valde mane vna sabbatorum: veniunt ad monumentum. Hoc: de primo accessu ad monumentum, dicitur. ¶ Quod vero subditur, Orto iam sole. Hoc: ad secundum spectat. ¶ At quod subiungitur, Et dicebant ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Hoc: ad primum, referendum est. ¶ Subiectur. Et introeuntes in monumentū: viderunt iuuenem sedentem in dextris, cooperatum stola candida, & obſtupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. I H E S V M quæritis Nazarenū, crucifixū, surrexit: non est hic. Ecce locus: ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro: quia p̄cedet vos in Gaudi. iiiij.

. illæam, ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. At  
 . illæ exeuntes: fugerunt de monumento, inuenierunt  
 . enī eas tremor & pauor, & nemini quicq; dixer-  
 . rūt. timebat enim. Hoc: de secundo accessu mu-  
 . lierum, absente Maria Magdalena, dictum est.  
 ¶ Item. Surgens autem I H E S V S mane pri-  
 . ma sabbati: apparuit primo Mariæ Magdale-  
 . næ de qua eiecerat septē dæmonia. Illa vadens:  
 . nuntiauit ijs qui cum eo fuerant, lugentibus &  
 . flentibus. Et illi audientes quia víueret, & visus  
 . esset ab ea: non crediderunt. Hoc: de secundo  
 . accessu Mariæ Magdalene ad monumentum,  
 & secundo eiusdem accessu à monumento ad di-  
 scipulos. Neq; mirum est, Marcū ea quæ per-  
 tinent ad primum & secundum accessum mulie-  
 rum ad monumentū permisuisse: cum in prín-  
 cipio sub eodem verbo Veniunt, vtrūq; tetige-  
 rit accessum, ac si dixisset, duplīcī repetitoq; vo-  
 cabulo. Valde mane veniunt ad monumentum:  
 orto item iam sole veniunt ad monumentum.  
 Sed & Matthæus tacto primo accessu, ad ea trāf-  
 it quæ ad secundum pertinēt, neq; ab re fortas-  
 se: q; in primo accessu mulieres incredulæ fue-  
 rint, & quod nuntiarūt parui fuerit momenti.  
 T E R T I O , explicandus est Lucas. sic enim ha-  
 bet. Vna autem sabbatorum valde diluculo ve-  
 nerunt ad monumentum, portantes quæ para-  
 uerant aromata: & inuenierunt lapidem reuolu-

. tum à monumento. & ingrēssæ: non inuenierūt  
 . corpus Domini I H E S V . Et factum est dum  
 . mente consternatæ essent de isto: ecce duo viri  
 . steterunt secus illas in veste fulgēti. Cum times-  
 . rent autem, & declinarent vultum in terram:  
 . dixerunt ad illas. Quid queritis víuētem cum  
 . mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini  
 . qualiter loquutus est vobis, cum adhuc in Galí-  
 . laea esset: dicens. Quia oportet filium hominis  
 . tradī in manus hominum peccatorum, & cruci-  
 . figi: & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt  
 . verborum eius, & regresstæ à monumento: nun-  
 . tiauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris  
 . omnibus. Erat autem María Magdalene, &  
 . Ioanna, & María Iacobí, & cæteræ quæ cum eis  
 . erant: quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa  
 . sunt ante illos sicut deliramentum verba ista:  
 . & non crediderunt illis. Hæc verba Lucę, Vna  
 . autem sabbatorum valde diluculo, siue vt Grę-  
 . ce habetur, ὥρην βαθέος, id est diluculo pro-  
 . fundo, & quæ sequuntur: omnia ad primum Ma-  
 . riæ Magdalene aliarūq; mulierum ad monu-  
 . mentum, & ad primum earūdēm ad discipulos  
 . accessum, pertinent. ¶ Subsequitur Petrus autē  
 . surgens, cucurrit ad monumentum: & procum-  
 . bens vidit linteamina sola posita. & abiit secū-  
 . mirans quod factum fuerat. Hoc: de cursu Pe-  
 . tri cum Ioanne ad monumentū, de quo expreſſ-

sius meminīt Ioannes, intelligendū est. ¶ Por-  
rò, qđ interiecta colloquutione Domini et pere-  
grinorū subiūgit Lucas. Sed & mulieres quēdā  
ex nostris terruerunt nos: quæ ante lucem fue-  
runt ad monumentum, & non inuenito corpore  
eius: venerunt dicentes, se etiā visionem ange-  
lorum vidiſſe qui dicunt eum viuere. Et abierūt  
quidam ex nostris ad monumentum: & ita in-  
uenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero  
non inuenerunt. Hoc, de primo accessu ad  
monumentum, & prima nuntiatione facta A-  
postolis, dīcī putandum est. Vbi quod dīxit,  
Et abierunt quidam ex nostris ad monumen-  
tum: id quod prius dixerat, Petrus autē surgens  
cucurrit ad monumentum attestatur, Petrumq;  
cucurrisse comitatum designat. Quod autem ad-  
didit, Ipsum vero non inuenerunt: particulam.  
Et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ex-  
ponit.

Q V A R T O , explicandus est Ioannes. Quod  
ait, Vna autem sabbati: María Magdalene ve-  
nit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monu-  
mentum, & vidit lapidem sublatum à monumē-  
to. Cucurrit ergo, & venit ad Símonem Petrū  
& ad alium discipulū quē amabat I H E S V S :  
& dīcit illis. Tulerunt Domínū de monumē-  
to: & nescimus vbi posuerūt eum. Hoc: de pri-  
mo accessu Mariæ Magdalena ad monumen-

tū & ad discipulos accipi debet, quo tempore ex  
alijs tribus Euangeliſtis, cognoscitur fuisse co-  
mitata. ¶ Quod autem sequitur, Exiſt ergo Pe-  
trus, & ille alius discipulus: & venerunt ad mo-  
numentum. Currebant autem duo simul: & il-  
le alius discipulus præcucurrit citius Petro, &  
venit primus ad monumentum. Et cum se incli-  
nasset, vidit posita linteamina: nō tamen introi-  
uit. Venit ergo Símon Petrus sequens eum: &  
introiuit in monumentum. Et vidit linteami-  
na posita, & sudarium quod fuerat super caput  
eius: non cum linteaminibus positum, sed se-  
paratim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo  
introiuit & ille discipulus qui venerat primus  
ad monumentum: & vidit & credidit. nondum  
enim sciebat scripturam: quia oportuit eum à  
mortuis resurgere. Abierūt ergo iterū discipu-  
li ad semetiplos. Hoc: de cursu Petri de quo  
prius Lucas meminīt, scriptum est. ¶ Ceterum  
quod adiungitur, María autem stebat ad mo-  
numentum: foris plorans. Dum ergo fleret: in-  
clinauit se & prospexit in monumentum. Et vi-  
dit duos āgelos in albis: sedētes, vnu ad caput,  
& vnu ad pedes, vbi positi fuerat corpus I H E  
S V . Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Di-  
cit eis. Quia tulerūt Domínū meū: & nescio vbi  
posuerūt eum. Hæc cum dīxisset, conuersa est  
retorsum: & vidit I H E S V M stantem, & nō

## DE MAG.

sciebat quia I H E S V S est. Dicit ei I H E S V S.  
 Mulier quid ploras? quem queris? Illa existi-  
 mans quia hortolanus esset: dicit ei. Domine,  
 si tu sustulisti eum, dico mihi ubi posuisti eum:  
 & ego eum tollam. Dicit ei I H E S V S . Ma-  
 ria. Conuersa illa dicit ei. Raboni: quod dici-  
 tur magister. Dicit ei I H E S V S . Noli me tan-  
 gere. nondum enim ascendi ad patrem meum:  
 Vade autem ad fratres meos: & diceis. Ascendo  
 ad patrem meum & patrem vestrum , D E V M  
 meum & D E V M vestrum . Venit Maria Ma-  
 gdalene annuntians discipulis: quia vidi Do-  
 minum, & haec dixit mihi. Hoc: manifeste de  
 secundo Mariæ Magdalene ad monumentum  
 & inde ad discipulos accessu, dictū est. Hanc  
 autem Euāgelistarū explanationem, rationabili-  
 lem esse: superiores propositiones, & omnīmos  
 da Euangeliorum symphonía, eademq; facillī-  
 ma, satis superq; declarant.

45 Q V A D R A G E S I M A Q V I N T A . Visio-  
 nes ἐκστατικαις sanctae virginis Elizabeth Sconau-  
 gienisi, super hac materia demonstratae; in rifini-  
 ce Euangelicis mysterijs affonant. ¶ E quibus  
 duas ex libris visionū eius, hic adscribēdas exia-  
 stimauī. quarū prima: est haec. In vigilia beaa-  
 tæ Mariæ Magdalenaæ ad vesperam: vidi illam  
 cum corona lucidissima, & simul cum ea matrē  
 Domini nostri I H E S V C H R I S T I . Stabat

Prima vi-  
sio Eliza-  
beth

## DIS CEP . II

31

autem contra se: quasi colloquentes adinuicem.  
 & post pusillum: conuersæ sunt ad orientem. In  
 die ad missam dum orarem positis in terra ge-  
 nibus: vidi in aere quasi prope terram , duos  
 viros splendidos sedentes contra se, & in medio  
 eorum lucidum quiddam quasi formam habēs  
 sepulchri. & ecce mulier similis ei quam in sero  
 videram, accessit: & stabat diligenter inspiciens  
 eandem sepulchri speciem. Dum autem staret:  
 accessit retro eam iuuenis candidissimo amictu  
 circundatus, nigrā habēs comā ac barbe lanugi-  
 nem , & faciem supra modū speciosam. Moxq;  
 illa cōuersa: ad eum ibat in occursum, & stabat  
 quasi interrogas aliquid ab eo . Tunc coepi an-  
 xie cogitare intra me: quisnā esset ille iuuenis.  
 Cumq; magno desyderio sciendī hoc, æstuare:  
 subito in dextera eius crux aurea apparuit. Vn-  
 de mox coniectabam : q; ipse esset is , qui sur-  
 gens à mortuis, primo Mariæ apparuit. ¶ Hec  
 autem visio: est de secundo accessu Mariæ Ma-  
 gdalenæ ad monumentum. Duo viri splendidi  
 sedentes contra se: sunt emphasis duorum ange-  
 lorum quos tunc vidi Maria Magdalena, cum  
 interrogauerunt eam. Mulier quid ploras? Cæ-  
 terē emphases: dilucidiores sunt q; vt exponi de-  
 beant. ¶ Secunda visio: est hęc. In die sancto pa-  
 schae cum iam dilucesceret: sedebam in loco ora-  
 tionis, & legebam in psalmis. Cūq; iam ad finē

Secunda  
 visio Eli-  
 zabeth

psalmorum appropinquare: veni in ecclasiā. &  
 vidi hortum in quo erat monumentum: & lapi-  
 dem ab ostio eius sublatum, & angelos assiden-  
 tes, & ecce matrona quædā veniens: accessit ad  
 monumētum plorans, & introspexit. & non in-  
 uento ibi corpore: quasi mœsta paululum reces-  
 sit. Occurrit autē ei Domīnus. moxq; illa sub-  
 stītit: quasi interrogās aliquid ab eo. Et post pu-  
 fillum conuersa est: vt rediret ad monumētum.  
 iterumq; subito se conuertit, quasi vocata ab il-  
 lo: & currens procidit ad pedes eius. cumq; ipse  
 disparuisse: surgens illa, velociter cucurrit vsq;  
 ad domū vbī erant discipuli congregati, & nun-  
 tiauit eis. Continuo post hæc, cum paululū re-  
 spīrassem: vidi duas matronas venientes ad se-  
 pulchrum cum aromatibus, & vt viderunt an-  
 gelos: substiterunt quasi stupefactæ. Post hæc:  
 cum timore propius accesserunt, factaq; ibi para-  
 ua mora: discesserunt. Occurrit autē & illis Do-  
 minus in via. moxq; illæ accurrētes: prociderūt  
 coram eo, & tenuerunt pedes eius. hoc autē: ne-  
 quaquam de prædicta illa matrona, visum est.  
**H**ac particula, Et currens procidit ad pedes  
 eius, cūq; ipse disparuisse &c. visio innuit, Ma-  
 riam Magdalēnam pedes Domini non tetigisse,  
 sed Domīnum dum procideret, disparuisse. Hac  
 vero, Continuo post hæc cum paululum respī-  
 rassem: vidi duas matronas venientes ad sepul-  
 chrum, secundum mulierum ad monumentum  
 indicat accessum, eundemq; fuisse posteaq; Ma-  
 ria Magdalena, viso iam Domīno, recesserat  
 vt nuntiaret discipulis. Hac autē, Vidi duas ma-  
 tronas venientes ad sepulchrum cum aromati-  
 bus: has duas matronas quæ secundo venere ad  
 monumentum, & sacros pedes Domīni ample-  
 xatæ sūt, significare videntur, & verisimiliter qui-  
 dem, fuisse Mariam Cleophæ & Salomen ma-  
 tres Apostolorum, tum ob affinitatem arctior-  
 remq; necessitudinem, tum ob eam quam de si-  
 lijs suis habebant, solitudinem. Cui rei hoc  
 quoq; indicio esse potest, quod dicit, Venientes  
 ad sepulchrum cum aromatibus. De his enim  
 duabus Euangelium dicit. María Iacobī & Sa-  
 lome emerunt aromata: vt venientes vnguent.  
**I H E S V M.** Eadem autem est: María Iacobī &  
 María Cleophæ. Et quanq; María Magdalene  
 legatur cum ipsis emisse aromata: hic tamen vt  
 visum persēpe est, & continuo subinnuitur, nul-  
 lum in occurso Domīni habet locum. Hac de-  
 niq; particula, Hoc autem nequaq; de prædicta  
 illa matrona visum est: Mariam Magdalēnam  
 non fuisse cum illis mulieribus quæ in via bea-  
 tois pedes Domīni tenuerunt, designat. Ex qui-  
 bus facile constat: has duas visiones, mysteriis  
 Euangelicis oppido consentaneas esse, id quod  
 propositio ipsa intendit.

46 Q V A D R A G E S I M A S E X T A . Quæ altera ex Euāgelio putatur Maria Magdalena: nulla est. ¶ Nam si vlla esset altera María Magdalena ex Euāgelio: ipsa ijs rationib⁹ quibus cōtendunt, vna maxime earū esset, quæ tenuerunt pedes Domini. hoc autem, iam vicesimana nona exclusit. Item ex præcedēti: quæ sanctos pedes Domini tenuere, eas fuisse Mariā Iacobi & Salomen beatorum Apostolorū matres, verisimile est. Altera igitur María Magdalena: ex Euāgelio, locum in eodem nullū habet, quod volebat propositio.

47 Q V A D R A G E S I M A S E P T I M A . In octo Euāgelicis locis: vices Mariæ Magdalene mentio facta est. ¶ Locos appello: diuersa iuxta Latinos Euāgelistarū capita. Nā apud Matthēū:

Matthæus  
27 f ter de illa mentio facta est, inquit enim. Primo.  
27 g Erant autem ibi mulieres multæ à longe: quæ sequutæ erant IHESVM à Galilæa,  
28 a ministrantes ei, inter quas erat María Magdalene, & María Iacobī & Ioseph mater, & marter filiorum Zebedæi. Secundo. Erat autem ibi María Magdalene & altera María: sedentes cōtra sepulchrum. Tertio. Vespere autem sabbati, quæ lucebat in prima sabbati: venit María Magdalene & altera María viderē sepulchrū. ¶ Apud Marcum vero quater, dicentem. Primo. Erant autem & mulieres delonge aspiciens

tes: inter quas erat María Magdalene, & María Iacobī minoris & Ioseph mater, & Salome. & cum esset in Galilæa, sequebantur eum & ministrabant ei, & aliae multæ: quæ simul cum eo ascenderant Hierosolymam. Secundo. María autem Magdalene & María Ioseph: aspiciabant vbi poneretur. Tertio. Et cum transisset sabbatum: María Magdalene & María Iacobī & Salome emerunt aromata, vt venientes vnguent IHESVM. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumētum: orto iam sole. Quarto. Surgens autem IHESVS mane prima sabbati: apparuit primo Mariæ Magdalene de qua eiecerat septem dæmonia. ¶ Apud Lucam sexies: cum ait. Primo. Et factū est deinceps: & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & Euāgelizans regnū DEI, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à sp̄ritibus malignis & infirmitatibus, María quæ vocatur Magdalene de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliae multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Secundo. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ sequutæ eum erant à Galilæa: hæc videntes. Tertio. Subsequutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum e.j.

Lucas  
8 a  
23 f  
23 g  
24 a  
24 b  
24 d

## DE MAG.

dum positum erat corpus eius : & reuertentes  
 parauerunt aromata & vnguenta , & sabbato  
 quidem siluerunt secundum mandatum . Sed  
 hoc loco aduertendum est , id , Et reuertentes  
 parauerunt aromata & vnguenta , vel vt Græ =  
 ce habetur , ὑποστέψασαι Δὲ ἡ τούμασαρ ἀρώ -  
 ματα καὶ μύρα , hoc est , Reuersæ autem para -  
 uerunt aromata & vnguenta : per anticipatio -  
 nem esse dictum , quandoquidem ante silenti -  
 um sabbati non parauerunt aromata & vngue -  
 ta : sed peracto magno sabbato , id quod Mar -  
 cus manifeste expressit : dicens . Et cum transis -  
 set sabbatum ; Maria Magdalene & Maria Ia -  
 cobi & Salome , emerunt aromata . Quarto .  
 Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad  
 monumentum : portantes quæ parauerant aro -  
 mata , & inuenerunt lapidem reuolutum à mo -  
 numento : & ingressæ non inuenerunt corpus  
 Domini I H E S V . Quinto . Et recordatae sunt  
 verborū eius . Et regressæ à monumento : nun -  
 tiauerunt hæc omnia illis undecim , & cæteris  
 omnibus . Erat autem Maria Magdalene & Io -  
 anna & Maria Iacobi & cæteræ quæ cum eis  
 erant , quæ dicebant ad Apostolos hæc . Sex -  
 to . Sed & mulieres quædam ex nostris , terrue -  
 rūt nos quæ ante lucē fuerunt ad monumentū :  
 & non inuento corpore eius venerūt , dicentes se  
 etiā visionē angelorū vidisse , q̄ dicūt eū viuere .

## DISCEP. II

34

**C**Apud Ioannem septies : sic inuentem . Pris -  
 mo . Stabant autem iuxta crucem I H E S V , ma -  
 ter eius , & soror matris eius María Cleophæ ,  
 & María Magdalene . Secundo . Vna autem  
 sabbati , María Magdalene venit mane , cum  
 adhuc tenebræ essent , ad monumentum : & ví -  
 dit lapidem sublatum à monumento . Tertio .  
 María autem stabat ad monumētū , foris plorās .  
 Quarto . Dicunt ei illi . Mulier quid ploras ?  
 Quinto . Dicit ei I H E S V S . Mulier quid plo -  
 ras ? Quæ quæris ? Sexto . Dicit ei I H E S V S .  
 María . Cōuersa illa : dicit ei . Raboni , quod di -  
 citur magister . Dicit ei I H E S V S . Noli me tā -  
 gere . Septimo . Venit María Magdalene annū -  
 tians discipulis , quia vidí Dominū , & hęc dixit  
 mihi . Quæ ōnia , ex propositionibus supradictis  
 & earum declarationibus : patere possunt .

43 Q V A D R A G E S I M A O C T A V A . De Ma -  
 ria forore Marthæ : in quinque locis , duodecimies .  
**C**Nam apud Matthæum bis . sic enim inquit ,  
 Primo . Cum autem I H E S V S esset in Betha -  
 nia in domo Simonis Leprofi : accessit ad eum  
 mulier habens alabastrum vnguēti preciosi , &  
 effudit super caput ipsius recumbentis . Secū -  
 do . Quid molesti estis huic mulieri ? Opus  
 enim bonum operata est in me . Et paulo mox .  
 Mittens enim hæc , vnguentum hoc in corpus  
 meum : ad sepeliendum me , fecit . Amen dī -  
 e . ij .

Ioannes	
19	e
20	a
20	c
20	d

Matthæus

26	a
26	a

Marcus  
14 a  
14 a

co vobis: vbicūq; prædicatum fuerit hoc Euangeliū in toto mūndo; dicitur q; hæc fecit in memoriā eius.

Apud Marcum itidem bīs. Sicut enim scribit. Primo. Et cum esset Bethaniæ in domo Simeonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pīsticæ, preciosi. & fracto alabastro: effudit super caput eius. Secundo. Sinite eam. Quid illi molesti estis? bonum opus operata est in me. Et statim sequitur. Quod habuit hæc, fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunq; prædicatum fuerit Euangeliū istud in vniuerso mundo: & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Apud Lucam ter: cum dicit. Primo. Factū est autem dum irent, & ipse intrauit in quodam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domū suam, & huic erat soror nomine María. quæ etiam sedens secus pedes Domini: audiebat verbum illius. Secundo. Domine, non est tibi curæ: q; soror mea reliquit me solam ministrare! Tertio. María optimā partem elegit: quæ non auferetur ab ea.

Apud Ioannem vndeclies: ad hunc modū loquenter. Primo. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethanía: de castello Mariæ & Marthæ sororis eius, Secundo. María autem erat que-

Lucas  
10 g  
10 g  
10 g

Ioannes  
11 a  
11 a

D I S C E P . II 35

vnxit Domini vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater infirmabatur. Tertio. Miserunt ergo sorores eius, ad eū, dicentes. Domine: ecce quæ amas, infirmatur. Quarto. Diligebat autem I H E S V S Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Quinto. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam: vt consolaretur eas de fratre suo. Sexto. Martha ergo vt audiuit quia I H E S V S venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Septimo. Et cum hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam, silentio dicens. Magister adest: & vocat te. Octauo. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, sequuti sunt eam. Nono. Maria ergo cum venisset vbi erat I H E S V S: videns eum, cecidit ad pedes eius. Decimo. María ergo accepit libram vnguenti nardi pīsticæ, preciosi: & vnxit pedes I H E S V S, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impletæ est ex odore vnguenti. Undeclimo. Sinite illam: vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Hac autem in prima disceptatione, ex Euāgeliō, de María sorore Marthæ dicta sufficenter ostenduntur.

Q V A D R A G E S I M A N O N A . De Peccatrice in vnico Euangeliū loco: quinque. **C**Nā Lucas septimo Lucæ. Primo. Et ecce mulier quæ e. iij.

## D E M A G .

Lucas  
7 f  
7 g  
7 g  
7 g

erat in ciuitate peccatrix : vt cognouit q I H E s  
S V S accubuit in domo Simonis Pharisei, attu  
lit alabastrum vngueti &c. Secundo. Hic si esset  
propheta : sciret utique quae & qualis est mulier  
quae tangit eum, quia peccatrix est. Tertio. Et  
conuersus ad mulierem: dixit Simonis. Vides  
hanc mulierem: Intraui in domum tuam: aqua  
pedibus meis non dedisti. Haec autem lachry-  
mis rigauit &c. Quarto. Dixit autem ad illam.  
Remittuntur tibi peccata. Quinto. Dixit ad  
mulierem. Fides tua: te saluam fecit. Vade in pa-  
ce. Haec autem ex eodem loco Euangeliis: per  
se manifesta sunt. Cæterum q in nullo alio lo-  
co de Peccatrice fiat metio: vicesimateria & vi-  
cesimaquarta propositiones satis indicant.

50 Q V I N Q V A G E S I M A . Disputatione Ambrosij super vicesimumquartum Lucæ de duplicitate Maria Magdalena : plenè dissolubilem esse.

**C**Nam cum ex illa colligere velit duas ex Eu-  
angelio esse Magdalenas: per vicesimam propo-  
sitionem, id falsum esse constat, cum vnica ponî  
debeat Maria Magdalena Euangelica. est igitur  
ea disputatio: plene solubilis. quippe quæ, aut  
falsum assumat: aut perpera colligat. id qd ilia  
coenobitis ijs notum est, qui ratiocinali gaudet in  
dagine, cū sit prima certissimaq artis eorū lex.

51 Q V I N Q V A G E S I M A P R I M A . Verum dilu-  
tionis Ambrosiani ratiocinij modum: particu-

latim subiungere. **C**Hunc per quendam quasi  
dialogum, quo facilius intentio nostra legenti-  
bus patescat, subnectemus, hoc pacto. A M-  
B R O S I V S . Nescit vna Maria Magdalene se-  
cundum Ioannem: scit altera Maria Magdalene se-  
cundum Matthæum. D I S C E P T A T O R . Sacro  
antistiti, cū honoris & reueretie prefatione pri-  
mū respōdemus: per 46 propositionē, quę ex Eu-  
angelio altera Maria Magdalena putatur, nul-  
lam esse. Et proinde licet primā partē de primo  
accessu ad monumentū & ad discipulos per vna-  
decimā propositionē illi tribuamus: secundā ta-  
mē refutamus, tū quia per vicesimam, vnica est  
Maria Magdalena Euāgelica: tum quia Mat-  
thæus in principio 28 ( quod per tricesimāpri-  
mam de primo aduētu Mariæ Magdalena ad  
monumentū, intelligitur) nequaq dicit eā aut sci-  
re aut nescire, sed tātū venisse videre sepulchrū.  
Atq prosecutio Matthœi de secūdo accessu mu-  
lierū ad monumentū, absente Mariæ Magdale-  
na, accipi debet: vt sufficiēter in tricesimāsecunda  
& 44 propositionib⁹ ostēsum est. A M B R O-  
S I V S . Nā eadē ante scire & postea nescire nō  
potuit. D I S C E P T A T O R . Verum id est, &  
ideo quicquid sciuīt Mariæ Magdalena in pri-  
mo accessu ad monumentū: postea sciuīt, nec vñq  
postea nesciuīt. Sciuīt autē in primo accessu lapi-  
dē sublatū à monumento: id quod postea etiam  
e. iiiij.

sciuīt, nec vñq̄ postea nesciuīt. Sed in primo illo accessū, Domīnum resurrexisse nesciuīt per vñdecimam: quia angelis non credidit. quādoquidē ipsa & sociæ eius: corpus Domini sublatum esse crediderunt, non Domīnum resurrexisse. In secundo autem accessū, sciuīt: quia vidit & alloquuta est Dominū, & credidit. A M B R O S I V S . Ergo si plures Mariæ: plures fortasse Magdalena. cum illud personæ nomen sit: hoc locorum . D I S C E P T A T O R . Probe adiecīt sanctus Antistes, fortasse: q̄ planè ita esse addubitaret, vt qui illud ex falsis, ceu dictū est, collegerat. Et recte quidē collegerat. nam si quis assumpta eius admittat: & duas idem esse Marias Magdalenas admittat neceſſe est. id qđ in prima Disceptatione nostra de Magdalena , cum disceptādo Ambrosiū sequeremur, nobis obuenit, & Cllichtoueo refutati quidē Marci Grandiūallis Theologi, viri religiosi & amici nostri apologiā, sed assumpta Ambrosiū admittentī. Nam admissa hypothesi illa Ambrosiana: posnere duas ex Euangelio Marias Magdalenas necessarīum fuit. Porro María personæ nomen esse, & Magdalena loci, id est à loco, ceu Magdalo, contractum: verissimū est. At cum dixit, hoc locorum: arbitror eum voluisse, vnam Mariam ab uno loco, id est Magdalo, dictam esse Magdalena, & alterā ab altero, quod nequaq̄

opertore: monstrauit vicesimasecunda proposi-  
tio, cum vñica sit María Magdalena Euāgeli-  
ca per vicesimā. A M B R O S I V S . Deinde alte-  
rā esse cognosce. Illa admittitur pedes Domini  
tenere: tagere Domīnū ista prohibetur. D I S-  
C E P T A T O R . Primam hanc assumptionis  
partem, Illa admittitur pedes Domini tene-  
re, refutamus. nequaq̄ etenim María Magdale-  
na, aut quævis alia mulier quæ illo etiam cen-  
featur nomine, id factitauit: vt in vndetrichima  
vñsum est. Istam autem partem, scilicet tangere  
Domīnum ista prohibetur: de María Magdale-  
na, ex Ioanne admittimus. A M B R O S I V S .  
Illa angelum videre meruit: hęc primo cum ve-  
nit, neminem vidit. D I S C E P T A T O R . Ma-  
riam Magdalena cum mane primo venit ad  
monumentum, non vidisse angelum: inficia-  
mūr. immo vero ipsam, & socias eius, duos vi-  
disse angelos, quod per quartam propositiō-  
nem notum est, dicimus. A M B R O S I V S . Illa  
discipulis Domīnum resurrexisse nūtiāuit: ista  
raptū esse significat. D I S C E P T A T O R . Ea-  
dem, non diuersa: per quintam discipulis nun-  
tiāuit se visionem angelorum vidiſſe qui diceret  
Domīnum resurrexisse ex Luca, id quod non  
credebat, & ex Ioanne Domīnū sublatum esse  
de monumento, & se nescire vbī positus esset, id  
quod credebat, atq̄ ita pars vtraq; assūpti quo-

## DE MAG.

dammodo pro eadem, non pro illa & ista: vera  
est. quodāmodo dico: quia ipsa non simpliciter  
nuntiavit Domīnum resurrexisse, sed ex Luca  
se angelos vidisse qui dicerent eum vīuere. A M-

B R O S I V S . Illa gaudet: hæc plorat. D I S-  
C E P T A T O R . Etsi María Magdalena in  
secundo accessu ad monumentum, visto Domī-  
no in horto, gauisa credi possit, licet id scriptum  
nō sit: in primo tamen accessu ad monumentū,  
& illinc ad discipulos recessu nondum visto Do-  
mīno, nūq proditur gauisa. neq; enim prius cre-  
dīdit: q; Domīnum vīdit. Q uod autem scribit

Matt̄hæus , Matthæus, Et exierunt cito de monumento cū  
timore & gaudio magno: id ad secundum mu-  
lierum accessum ad monumentum attinet, inter  
quas nulla erat quæ María Magdalena dicere-  
tur. Quare id, Illa gaudet, de vna María Ma-  
gdalena intellectum, refutandum est, etsi secū-  
dum, hæc plorat, de María Magdalena tribue-  
dum sit. AM B R O S I V S . Illi in gloria sua iā  
CHR I S T V S occurrit: hæc adhuc mortuum  
quærít. D I S C E P T A T O R . Negamus vlli  
Marię Magdalenę Domīnum in via occurris-  
se: cum nulla ex vndetricesima ibi affuerit Ma-  
ría Magdalena. Et id insuper: Marię Magda-  
lenę mortuū quærere, dū alijs mulieribus Do-  
mīnus occurrit. Cōcedimus tamen illas orto iā  
sole, & posteaq; María Magdalena solitaria vi-

Lucas .

24

Matthæus

28

## DISCEP. II

38

so Domīno abierat, ad monumentum venisse,  
& eisdē illinc abeuntibus Domīnū occurrisse.  
AM B R O S I V S . Illa Domīnū vīdit & agno-  
uit: hæc non potuit agnoscerē cū videret. D I S-  
C E P T A T O R . Primam particulam ponit sa-  
cer Ambrosius pro aliqua discipula quæ Do-  
mīnum vīdit in via: sed illam, quæcūq; ea fue-  
rit, vocatam fuisse Mariam Magdalenā abnu-  
mus. Secundam particulam: de María Magda-  
lena recipimus, sed quandiu opinata est vīsum  
Domīnum fuisse hortolanū, nam postea vīsum  
agnouit. AM B R O S I V S . Illa fidelī adorabat  
spiritu: hæc dubio mōstificabatur affectu. D I S-  
C E P T A T O R . Quæ in via fidelis adorauit:  
nulla (vt iam sāpe dictū est) María Magdale-  
na fuit. Neq; id præterea verum est: cum aliqua  
mulierū in via Domīnū adoraret, Mariā Ma-  
gdalenā dubio mōstificari affectu, quæ iā vīsi  
Domīni nuntiū, aut ferebat, aut tulerat, non  
enī, visto iā Domīno, dubio mōstificabatur affe-  
ctu: sed anteq; eūdē vīdisset. Quare vtrūq; mo-  
do quodā reijcien dū est. Hic est modus diluēdi  
particularim ratiocinationē Ambrosij: q; mul-  
tos eo adegit, vt suspicarētur duas esse ex Euāge-  
lio Magdalenas. Ex quo diluendi modo facile  
etiā intelligitur, quo pacto diluere oporteat quæ  
cūq; ego i prima mea Disceptatione de Magda-  
lena, & Clīchtoueus in sua cōtra Grandiuallē

## DE MAG.

Defensione, ad fouendum Ambrosij placitum tantisper dū nobis clarius innotesceret veritas, adiecimus. Cuīus rei gratia : adhuc pauculas has propositiones subdam.

52 Q V I N Q V A G E S I M A S E C V N D A . Quædam in prima Disceptatione nostra, pariter & in Defensione eiusdem, disceptata sunt duntaxat: quædam, rationabiliter collecta aut dicta. ¶ Nam tam in Disceptatione q̄ in Defensione eius : quædam astipulantur Ambrosio q̄ duæ sint ex Euangeliō Mariæ Magdalenaæ, hæc autem sunt disputata solum : & non pro veritate collecta. Quædam etiā, & ea quidem non pauca, astipulatur prædictis propositionibus: quæcum vera assumant, & probe cōcludant, rationabiliter collecta sunt. Sunt item & nonnulla : quæ non minus vere q̄ scite inserta enarrataq̄ sunt. Clarum est igitur: quicquid in ipsa propositione afferebatur.

53 Q V I N Q V A G E S I M A T E R T I A . Defensio haudquaq̄ indecēter sed ex re confutauit rationes quæ contra Disceptationis disputata solum, in apologia factæ sunt: & multo magis quæ contra rationabiliter collecta aut dicta. ¶ Tum quia auctor Defensionis, manifeste ostendit rationes illas contra disputata solum : esse para logisticas. Tum quia officium eius erat : duntaxat defendere, quid enim aliud Defensio, aut

## DISCEP. II

39

polliceri, aut exhibere debebat? Q uod si disputata solum, à cauillis iure vindicauit: multomagis, rationabiliter collecta aut dicta tutari debuit. quod intendit propositio.

54 Q V I N Q V A G E S I M A Q V A R T A . Quæ in Disceptatione I disceptatur solū, & q̄ rationabiliter colligūtur aut dicūtur: numeris indicare. Disceptationis prime disceptata solū: sunt hæc,

f			m	m	m.f	m.f	f	m			
3	5	6	8	12	13	13	13	13	14	23	24

Rationabiliter collecta aut dicta : sunt hæc .

	pm		p.f				p	p.f	p.m	p.f	
2	3	4	7	8	9	10	11	12	13	13	13
15	16	17	18	19	20	21	22	25	26	27	28

55 Q V I N Q V A G E S I M A Q V I N T A . Idem ex Cllichtoueana in Grandiualem Defensione: per numeros ostendere.

Defensionis disceptata solum: sunt hæc.

26	28	30	31	32	38	43	51	
----	----	----	----	----	----	----	----	--

Rationabiliter collecta aut dicta: sunt hæc.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
25	27	28	29	30	33	34	35	36	37	38	39
40	41	42	44	45	46	47	48	49	50	51	52
53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64
65	66	67	68								

p.principiū  
m.mediū  
f.finis

## DE MAG.

**C**Hæ duæ postremæ propositiones: partim ex quinquagesime primum ostensione, partim ex superioribus, satis superq; euadere possunt cōspicue. **C**His quinquaginta quinque propositionibus ostensis: hanc secundam de Maria Magdalena finimus Disceptationē. Quā tibi DIONYSI Præsul optime nuncupare volui, non ob id solum q; te in rebus & humanis & diuinis agnoscam solertissimū, q; tibi cū sp̄iritualibus hominibus eisdēq; non paucis, multa sit consuetudo, à quib; facile intelligere posses num forte quippiam hac in re disceptando esset erratum: sed etiā (quod omniū maximū est) quia nō minus fauoris & gratiæ tibi cōparasti apud LEO NEM XI Pontificē Maximū, summūq; CHRISTI in terris vicarium, ac vnicum in ijs præserūt que ad res sacras & sp̄irituales pertinet, μάρτυρε καὶ αὐτοδικαστή. Cui vni si hæc nostra disceptatoria indago nō videbitur indigna, neq; ab Euangelica luce & pia veneratione sanctæ & beatæ Mariæ sororis Marthæ CHRISTI hospitæ aliena: nō timebo quid faciat mihi homo. Cū tamē alioqui in omnibus: ijs stare velim quæ sunt sanctæ matris Ecclesiæ, nec latu quidem vnguē ab eis discedere. Scio etenim verissimum esse: quod testatur Irenæus Polycarpi Ioannis Euangelistæ discipuli auditor, cum inquit, Vbi Ecclesia: ibi & sp̄iritus DEI. vbi sp̄iri-

## DISCEP. II

40

tus DEI: illic Ecclesia, & omnis gratia, sp̄iritus autē veritas. Hæc ille. Quapropter si veritati astipulor: longa & inueterata consuetudo alter sentiendī nihil obesse debet veritati. alioz qui: Ecclesiæ repugnaret. Nam Ecclesia ibi est: vbi est veritas. Sicuti neq; Disceptationes nostræ, etiam si veritas sit cum consuetudine à multo iam tempore contracta, nihil obesse veritati possunt. quandoquidem tam in prima q; in hac secunda Disceptatione de Magdalena, nihil prorsus, siue in hanc partem q; vnicā sit, siue in illam q; plures: definimus. sed determinationē omnē, ijs quorū interest, relinquo. Attamen quia res ista tāto tēpore fuit cōtrouersia: vtroq; id est q; plures esse disceptauerūt, & q; vnicā esse disceptādo aut simpliciter dixerūt, sibi mutuo aduersarios esse arbitramur, & opus esse alio iudice, qui nullo affectu, sed solo synceroq; veritatis amore negotium hoc diligētissime discutiat perpendatq; & tandem pro eo quod magis consonum Euangelio vīsum fuerit, pronuntiet. Fortes sunt (fateor) auctores, & auctorū turba, plurima est: sed infinitis auctoribus fortius est Euangelium. Fortis est itidem longa consuetudo etiam si erronea sit, & sibi plerunq; quanq; falso, auctoritatē Ecclesiæ vendicat: fortior tamen est veritas. Quę enim vñq; consuetudo, longior ea aut diuturnior fuit: qua plusq; tribus annorū

D E M A G.

mīlibus, homīnes decepti, contra veritatem coluerunt idola? Atqui refusa Euangeliū luce atq; veritate: ea subito in īni orbe dissipata euanuit. Si igitur lux Euangelica huic negocio quod tētauimus, affulgeat: qd longus vſus īnueterataq; cōsuetudo aut toleratio, quāuis etiā abhinc mīle aut plures annos īintroductiona effet, contra veritatem poterit: veritas siquidem, æterna est: & nullō tempore præscribitur. Ceterum vt finem dicendi faciā: id vere cum Firmiano dicere possum, non contentionis sed veritatis fiducia, suscepisse me hoc opus, fortasse maius q̄ possit meis vīribus sustineri, quod tamen (vti spero) etiam si ego defecerim, D E O (cuius est hoc munus) adiuuante, ipsa veritas complebit. Cui, & honor & gloria ī perennia sāculorum sācula.

A M E N

F I N I S